

**www.e-rara.ch**

## **Biblia Veteris ac Novi Testamenti**

**Pagnini, Sante**

**Basileae, 1564**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1502>

Liber Psalmorum, [...]

---

### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# Liber Psalmorum, Hebrai-

## cè תהלים

Librum istum LXX. Interpretes ᾠδαίσις denominauerunt, nomine instrumenti musici, ad quod vt & ad alia, hī Psalmi decantabantur. Hebræi verò ספר תהלים sive ספר המזמורים, hoc est librum laudum appellant. Christus Dominus noster, Psalmos, & Librum Psalmorum, Luc. 20. g. 42, & 24. g. 44. Sic & Petrus, Act. 1. d. 20. Ex quibus testimonia sumens Christus Saluator noster, testatur afflatu Spiritus sancti fuisse scriptos, Matth. 22. d. 43, & Petrus, Act. 1. c. 16.

### NOVA EX HEBRÆO TRALATIO.

#### PSALM. I.

1 Qui sint beati, & cui rei similes, in quo est exhortatio ad vitam ex verbo Dei instituendam. 4 Impiorum exitus. 6 Cur bene pijs, & impijs malè.

Iosue 1. b. 8

Iere. 17. b. 8



**B**EATVS VIR qui non ambulauit in cōsilio impiorum, & in via peccatorum nō steterit, & in cathedra derisorum non fedit. Sed in Lege Iehouæ voluntas eius, & in Lege eius meditatur die ac nocte.

3 Et erit sicut arbor plantata secus riuos aquarum, quæ fructum suum dat in tempore suo: & folium eius non decidit, & omne quod faciet, prosperè cadet.  
4 Non sic impij: sed tanquam gluma quã proiicit ventus.  
5 Ideo non stabunt impij in iudicio, neq; peccatores in congregatione iustorum.  
6 Quoniam nouit Iehouáh viam iustorum: & via impiorum peribit.

#### PSALM. II.

Act. 4. c. 25

Act. 13. c. 33

Heb. 1. b. 5, & 5. b. 5

Apocal. 2. g. 24, & 19. 6. 15

1 Vana conspiratio ac furor Regum & principum tum Gentilium tum Iudeorum contra Christum. 3 Rebellio impiorum contra Deum ac Christum eius. 4 Irriti eorum conatus. 6 Pater testatur se constituisse Regem Iudeorum Filium suum. 8 Christus commemorat se à die resurrectionis suæ etiam Gentilium constitutum esse Regem. 9 Ruina contumacium contra Christum. 10 Exhortatio ad principes vt sapiant, & seruiant Deo, eiusque Filium suscipiant. 12 Beati qui.

1 **V**T quid congregant se turmatim Gētes, & populi meditantur inane?  
2 Astant Reges terræ, & Principes consilium capiunt pariter aduersus Iehouam, & aduersum Christum eius.  
3 Dirumpamus vincula eorū, & proiciamus à nobis funes eorum.  
4 **H**abitans in cælis ridebit: Dominus subsannabit eos.  
5 Tunc loquetur ad eos in furore suo, & in ira sua terreat eos:  
6 Dicens, Et ego constitui Regem meum super Sion montem sanctum meum.  
7 Narrabo ipsum decretū quod Iehouáh dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.  
8 Postula à me, & dabo Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.  
9 Cōteres eas virga ferrea, sicut vas figuli confringes eas.  
10 Et nunc Reges prudenter agite: erudimini

Iudices terræ.

11 Seruite Iehouæ in timore: & exultate in tremore.  
12 Osculamini Filiū, ne fortè irascatur, & pereatis via, quum exarserit vel paululū furor eius: beati omnes qui sperant in eo.

#### PSALM. III.

2 David vexatus & afflicus à filio suo Absalom, admiratur ac conqueritur de multitudine inimicorum suorum. 5 Auxilium petit à Deo, cuius fiducia omnē hostium metum abijcit. 8 Inuocat Deum, ac excitat ad suum auxilium. 9 Solius Dei est liberatio.

3. Regum 15. 6. 14

1 **C**anticum Davidis quum fugeret à facie Absalom filij sui.  
2 **I**ehoua quàm multiplicati sunt hostes mei, quàm multi insurgunt aduersum me?  
3 Multi dicunt de anima mea, Non est salus ei in Deo. **S**élah.  
4 Et tu Iehoua clypeus es pro me, gloria mea, & exaltans caput meum.  
5 Voce mea ad Iehouam clamaui, & exaudivit me de monte sanctitatis suæ. **S**élah.  
6 Ego accubui, & dormiui, & euigilaui: quia Iehouáh sustentauit me.  
7 Non timebo à decem millibus populorum qui circunquaque posuerunt castra aduersum me.  
8 Surge Iehoua, serua me Deus mi, quia percussisti omnes inimicos meos in maxilla: dentes impiorum confregisti.  
9 Iehouæ est salus: super populum tuum benedictio tua. **S**élah.

#### PSALM. IIII.

2 David opem Dei implorat aduersus conirationem Absalom filij sui. 3 Reprehendit principes Israël contra se conspirantes, exhortans eos vt respiciant. 7 Pro bonis quibus abundant aduersarij, Dei duntaxat beneuolentiam postulat: qua quidem fretus, se ab inimicis suis liberatum iri sperat.

1 **V**ictori in Neginoth, Psalmus Davidis.  
2 **Q**uam inuoco, exaudi me Deus iustitiæ meæ: in angustia dilatationem fecisti mihi: miserere mei, & audi orationē meam.  
3 Filij viri, vsquequo gloriam meam uertetis in ignominiam, diligetis inane, quæretis mendacium? **S**élah.  
4 Et scitote quòd segregauit sibi Iehouáh piū: Iehouáh exaudiet quum clamaero ad eum.  
5 Pauete, & ne peccetis: loquimini in corde vestro super cubili vestro, & tacete. **S**élah.  
6 Sacrificate sacrificia iustitiæ, & confidite in Iehoua.  
7 Multi dicunt, Quis videre faciet nos bonū? eleua super nos lucem vultus tui Iehoua.  
8 Dedisti lætitiā in corde meo, à tēpore quo frumentum eorum & mustum eorum multiplicata sunt.

Eph. 4. f. 26 B

9 In

9 In pace pariter accubabo, & dormiam: quia tu Iehoua solus cōfidēter habitare facies me.

PSALM. V.

2 David à Saule eiusq; subditis vexatus, ardēter petit à Deo vt preces sue exaudiantur. 5 Deus non potest perferre impios adulatōres, ocores, similesq; quibus David certum exitum proponit, aut quos confidit perituros. 8 Fretus misericordia diuina, sperat se reuersurum Ierusalem ad adorandum cū fidelibus. 9 Sux cōficius infirmitatis, opem & gubernationem postulat propter aduersariorum improbitatem quam describit. 12 Letitia & benedictio iis qui in Deo sperant.

1 Victori super Nehiloth Canticum Dauidis.

2 **E** Loquia mea auribus percipe Iehoua, intellige loquutionem meam.

3 Attende voci clamoris mei, Rex mi, & Deus mi: quoniam ad te oro.

4 Iehoua mane audies vocem meam: mane præparabo tibi orationem, & speculabor.

5 Quia non Deus volens impietatem es: non habitabit iuxta te malus.

6 Non stabunt stulti coram oculis tuis: odisti omnes operantes iniquitatem.

B 7 Perdes loquentes mendacium: virum sanguinolentum & fraudulentum abominatur Iehouáh.

8 Ego autem in multitudine misericordię tuę introibo domum tuam: incuruabo me templo sancto tuo in timore tuo.

9 Iehoua duc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige coram me viam tuam.

C 10 Quoniam non est in ore eius rectum, intimum eorum prauitates: sepulchrum patens guttur eorum, lingua sua blandiuntur.

11 Desola eos Deus, cadant à consiliis suis: propter multitudinem præuaricationum eorum expelle eos, quoniam rebellant contra te.

12 Et lætentur omnes qui sperant in te, in seculum iubilent: & operi eos, & exultent in te qui diligunt nomen tuum.

13 Quoniam tu benedices iusto Iehoua: vt scuto bona voluntate coronabis eum.

PSALM. VI.

2 David in grauisimo morbo, se agnoscens à Deo affligi, orat ne asperius castigetur, postulans misericordiam. 6 Dolet quod mortuus non poterit laudare Deum cum ceteris. 7 Describit suum angorum. 9 Repellens suos inimicos, se exauditum esse confidit.

1 Victori in Neginoth super octauam Canticum Dauidis.

2 **I**ehoua, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.

3 Miserere mei Iehoua, quoniam debilis sum: sana me Iehoua, quoniam territa sunt ossa mea.

4 Et anima mea territa est valde: & tu Iehoua vsquequo conteres me?

B 5 Reuertere Iehoua, eripe animam meam, serua me propter misericordiam tuam:

6 Quoniam non est in morte memoria tui, in sepulchro quis confitebitur tibi?

7 Laboraui in gemitu meo, natate facio omni nocte lectum meum: lachrymis meis stratum meum liquefacio.

8 Caligauit præ ira oculus meus, inueteraui propter omnes inimicos meos.

9 Recedite à me omnes operantes iniquitatem, quoniam audiuit Iehouáh vocem fletus mei.

C 10 Audiuit Iehouáh deprecationem meam, Iehouáh orationem meam suscepit.

Matt. 7. c. 23,  
25. d. 41  
Luc. 13. f. 27

11 Pudore afficiuntur, & terrētur valde omnes inimici mei: conuertentur, pudore afficientur subito.

PSALM. VII.

2 David confidens Deo, orat vt à violenta Saulis persecutione liberetur. 4 Declarat suam innocentiam. 7 Petit à Deo vt obtineat regnum promissum, vt populus Deo colligatur, & impij prostigentur. 9 Postulat vt Deus contra Saulem suę innocentie iudex sit, vtq; improbi puniantur. 11 Clypeus Deus quibus. 13 Ruina impij proxima. 15 Summum impiorum studium perdedi pijs: ijs ipsis perniciosum. 18 Laudat Deum pro iustitia aduersus inimicos presita.

1 Siggaiōn Dauidis quod cecinit Iehouæ super verbis Chus filij Iemini.

2 **I**ehoua Deus meus in te spero, serua me ab omnibus persequentibus me, & eripe me.

3 Ne fortè rapiat vt leo animam meam: lace- ret, & non sit qui eruat.

4 Iehoua Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis:

5 Si retribui pacificè degenti mecum malum, & si non erui hostem meum sine causa:

6 Persequatur inimicus animam meam, atque comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem collocet. **B** *Ÿ Selah.*

7 Surge Iehoua in furore tuo, attolle te propter indignationes hostium meorum: & euigila ut adducas ad me iudicium quod præcepisti:

8 Et congregatio populorum circundabit te, & propter eam in altum reuertere.

9 Iehouáh iudicabit populos, iudica me Iehoua secundum iustitiam meam, & secundum perfectionem meam quę est in me.

10 Consumat nunc malum impios, & stabili iustum tu qui probas corda & renes, Deus iuste.

11 Clypeus meus est in Deo qui seruat rectos corde.

12 Deus iudex iustus, & Deus irascitur impio omni die.

13 Nisi conuersus fuerit, gladium suum acuet, arcum suum terendit, & parauit illum:

14 Et ei parauit vasa mortifera: sagittas suas persequentibus me operabitur.

15 Ecce parturit iniquitatem, & concepit peruersitatem, & pariet mendacium.

16 Cisternam fodit, & effodit eam: & cecidit in foueam quam operatus est.

17 Conuertetur peruersitas eius in caput eius: & super verticem eius iniquitas eius descendet.

18 Confitebor Iehouæ secundum iustitiam eius: & psallam nomini Iehouæ altissimi.

PSALM. VIII.

2 Celebrat magnificentiam Dei in vniuersa rerum natura cōspiciam. 4 Christo factō homini omnia subiecta præter Patrem.

1 Victori super Haggithich, psalmus Dauidis.

2 **I**ehoua Domine noster, quàm grande est nomen tuum in vniuersa terra: qui posuisti gloriam tuam super cælos.

3 Ex ore paruulorum & lactentium fundasti fortitudinem propter inimicos tuos, ad compescendum inimicum & vlciscentem se.

4 Quom video cælos tuos, opus digitorum tuorum, lunam & stellas quas præparasti, Quid est homo, quod recorderis eius: & filius hominis, quod visites eum? **B**

C  
1. Regum 16.  
b. 7  
1. Par. 28. b. 9  
Ierc. 11. d. 20,  
17. b. 10,  
20. c. 12

D  
Iob 15. d. 32  
Esa. 59. d. 4

Mat. 21. b. 16

Hebr. 2. b. 6

- 6 Siquidem deficere fecisti eum paululum ab Angelis, gloria & decore coronasti eum.  
 7 Dominari fecisti eum operibus manuum tuarum: omnia posuisti sub pedibus eius,  
 8 Pecudes, & boues, vniuersa ipsa, & etiam bestias agrestes,  
 9 Volucres cæli, & pisces maris, & quicquid transit semitas maris.  
 10 Iehoua Domine noster, quàm grande est nomen tuum in vniuersa terra.

1. Cor. 15. d.  
27

## P S A L M. IX.

2 David toto animo studioq; gratias agit Deo pro maxima quadam victoria contra inimicos. 5 Victoriã totã vni Deo attribuit. 7 Irridet inimicum suũ qui se omnia vastasse existimabat. 9 Dominus regnans perpetuò, oppressos tuetur. 11 Fiducia in Deum. 12 Exhortatio ad laudandum Deum, & ratio. 14 Liberari petit, & quare. 17 Impiorum iudicium. 19 Afflictorum reminiscitur Deus. 20 Orat vt hominis superbia deiciatur.

- 1 Victori super Muth labben Canticum Davidis.  
 2 **C**onfitebor Iehouæ in toto corde meo: Narrabo omnia mirabilia tua.  
 3 Lætabor & exultabo in te: cantabo nomini tuo Altissime,  
 4 Quòd conuersi sint inimici mei retrorsum, impegerint & perierint à facie tua.  
 5 Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam: sedisti in solio qui iudicas iustitiam.  
 6 Subuertisti Gentes, perdidisti impium: nomen eorũ delesti in seculum & in sempiternũ.  
 7 Inimice, finitæ sunt solitudines in seculum: & ipsarum urbium quas destruxisti, memoria perit cum ipsis.  
 8 Et Iehouáh in seculum permanebit, parauit ad iudicium solium suum.  
 9 Et ipse iudicabit orbem in iustitia, iudicabit populos in rectitudine.  
 10 Et erit Iehouáh exaltatio pauperi: exaltatio in temporibus quibus erit in angustia.  
 11 Et sperabunt in te scientes nomẽ tuum: quia non derelinquis quærentes te Iehoua.  
 12 Cantate Iehouæ habitanti in xSiion, annuntiate in populis opera eius:  
 13 Quoniam requirens sanguinem, eius recordatus est, non oblitus est clamoris pauperum.  
 14 Miserere mei Iehoua: vide afflictionẽ meam quæ est ab iis qui odio habent me, qui exaltas me de portis mortis:  
 15 Vt narrem omnes laudes tuas in portis filie xSiion, & exultem in salute tua.  
 16 **D**emersæ sunt Gentes in foueam quam fecerunt, in reti quod absconderunt, capruse est pes eorum.  
 17 Notus est Iehouáh quod iudicium fecit: in opere manuum suarũ illaqueatus est impius: meditatio in seculum est salus hæc.  
 18 Reuertentur impij ad sepulchrum, omnes Gentes quæ oblitæ sunt Dei.  
 19 Quoniam non in seculum in obliuionem erit pauper: expectatio pauperum non peribit in seculum.  
 20 Surge Iehouáh, ne roboretur homo: iudicentur Gentes coram te.  
 21 Pone Iehouáh timorem eis, sciant Gentes quòd homines sunt. Sélah.

## P S A L M. X.

1 Querela ad Deum fidelis existimantis se in manus impiorum traditum, & derelictum à Deo. 2 Mores, felicitas fallacie, impiorum sciuentium. 12 Precatio ardens, ne Deus afflictorum obliuiscatur: sed perdat impios.

- 1 **V**T quid Iehoua stas in lóginquo, abscondis te tempore quo sumus in ipsa angustia?  
 2 Præ superbia impius persequitur pauperem: capiantur in cogitationibus quas cogitant.  
 3 Quoniam laudat se impius super desiderio animæ suæ, & avaro benedicit, irasci facit Iehouam.  
 4 Impius propter superbiam quam facie præ se fert, non quærit Deum, nec est Deus in omnibus cogitationibus eius. **B**  
 5 Dolore afficiunt viæ eius omni tempore: in altitudine sunt iudicia tua à conspectu eius: in omnes hostes suos sufflat.  
 6 Dicit in corde suo, Non mouebor à generatione in generationem: quia non euenit illi malum.  
 7 Maledictione os eius plenum est, & dolis, & fraude: sub lingua eius peruersitas & iniquitas est. **Infrã 13. b. 3 Rom. 3. b. 14**  
 8 Manet in insidiis villarum, in latibulis occidit innocentem, oculi eius super pauperem aspiciunt.  
 9 Insidiatur in latibulo sicut leo in cubili suo: insidiatur vt rapiat pauperẽ: rapit pauperem quem trahit eum in rete suam. **C**  
 10 Contritum, humilẽmque se ostendit: & cecidit cum fortibus eius congregatio pauperum.  
 11 Dicit in corde suo, Oblitus est Deus, occultauit faciem suam ne videat in seculum.  
 12 Surge Iehoua Deus, eleua manum tuam, ne obliuiscaris pauperum.  
 13 Propter quid irasci facit impius Deum? dum dicit in corde suo quod non requires.  
 14 **Sed vides: quia tu peruersitatem & iram aspicias, ad dandum in manus tuas: tibi relinquit causam suam pauper, pupillo tu es adiutor. D**  
 15 Contere brachium impij & mali: quæres impietatem eius, & non inuenies.  
 16 Iehouáh Rex in seculum & in æternum, perierunt Gentes de terra eius.  
 17 Desiderium humiliũ exaudis Iehoua, præparas cor eorum: intendere facis aurem tuam,  
 18 Vt iudices pupillo & pauperi, ne addat vltra impius vt conterat hominem e terra.

## P S A L M. XI.

1 David suam in Deo ponens fiduciam, queritur de ijs qui nolebant eum, dum Saulem fugeret, latere in suis montibus. 3 Confirmat se quòd Deus in celo videt afflictiones iusti, et impios punit. 7 Dominus iustus iustos diligit.

- 1 Victori Davidis.  
 2 **I**n Iehoua speraui: quomodo dicitis animæ meæ vt transmigret a monte vestro sicut auis?  
 3 Quoniam ecce, impij tetenderunt arcum, parauerunt sagittam suam super chordam, vt iaculentur in caligine in rectos corde.  
 4 Certè retia destructa sunt: iustus quid operatus est?  
 5 Iehouáh in templo sanctitatis suæ, Iehouæ in cælis est solium: oculi eius vident, palpebræ eius probant filios hominum. **Abac. 2. d. 10**  
 6 Iehouáh iustum probat: impium autem & diligentem iniquitatẽ odio habet anima eius. **B**  
 7 Pluet super impios, laqueos, ignem, & sulphur: & spiritus procellarum erit pars calicis eorum.

7 Quo-

7 Quoniam iustus Iehouáh, iustitias diligit: rectum videt facies eius.

PSALM. XII.

2 David angore affectus, vociferatur ac conqueritur quod nullos inuenit bonos, nec fideles, aut veraces. 4 Imprecatio contra athenienses ac gloriosos. 6 Deus promittit auxilium afflictis. 7 Promissa Dei sunt certa & vera. 8 David orat ut Deus afflictos defendat contra impios.

1 Victori super octauam, canticum Davidis.

2 Serua Iehoua, quoniam defecit misericors, quoniam defecerunt fideles à filiis hominum.

3 Mendacium loquitur quisq; cum proximo suo: labio blanditiarum in corde & corde loquuntur.

4 Succidat Iehouáh vniuersa labia blanda, linguam loquentem magna:

5 Qui dicunt, Linguam nostrá roborabimus, labia nostra nobiscum, quis dominus nobis?

6 Propter vastitatem pauperum, propter clamorem inopum, nunc furgam, dicit Iehouáh: ponam in salute eum cui laqueum iniicit.

7 Eloquia autem Iehouæ, eloquia munda, argentum excoctum in fornace terrea, defæcatorum septemplexiter.

8 Tu Iehoua serua eos, custodi eum à generatione hac in seculum.

9 In circuitu impij ambulat, quum exaltantur vilitates filiorum hominum.

PSALM. XIII.

Queritur quod in suis afflictionibus Deus sit sui oblitus: & tamen eum orat & innocat.

1 Victori canticum Davidis.

2 Vsquequo Iehoua obliuisceris me in seculum? vsquequo abscondes faciem tuam à me?

3 Vsquequo ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo in die? vsquequo exaltabitur inimicus meus super me?

B 4 Aspice, & exaudi me Iehoua Deus meus: illumina oculos meos, ne fortè dormiam in morte:

5 Ne fortè dicat inimicus, Præualui ei: & hostes mei exultent si nutaero.

6 Et ego in misericordia tua spero, exultabit cor meum in salute tua: cantabo Iehouæ, quoniam retribuit mihi.

PSALM. XIII.

1 David describit eos qui sua ætate non habebant Deum. 3 Comminatio Diuina vindictæ in impios qui derident afflictos quod spem suam in Deo ponant.

1 Victori Davidis.

Dixit stultus in corde suo, Non est Deus. corruperunt uiam suam, abominabile faciunt opus, non est qui faciat bonum.

Rom. 3. b. 10 2 Iehouáh è cælis prospexit super filios hominum, ut videat an sit intelligēs, quærens Deū.

B 3 Omnes declinauerunt, pariter fæuerūt, non est faciens bonum, non est etiam vnus.

Sepulchrum patens est guttur eorū: linguis suis dolose agbant, venenum aspidum sub labijs eorum.

Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

Contritio & infelicitas in vīs eorum, & viam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum.

Supr. 5. c. 10

Rom. 3. b. 13

Inf. 140. d. 4

Supr. 9. c. 7

Rom. 3. c. 16

Es. 59. b. 7

Inf. 35. d. 3

Prout. 1. b. 16.

4 Nōne cognouerunt omnes operantes iniquitatem, quod comedunt populū meum ac si comedent panem, & Iehouā non inuocant?

5 Ibi timent timore, quoniam Deus in generatione iusti.

6 Consilium pauperis pudore afficitis, quoniam Iehouáh spes eius est.

7 Quis dabit ex Sion salutē Iſraelis? quando conuerterit Iehouáh captiuitatem populī sui, exultabit Iayacób, lætabitur Iſraél.

PSALM. XV.

1 Canticum Davidis.

Iehoua quis peregrinabitur in tabernaculo tuo? et quis habitabit in mōre sãctitatis tuę?

2 Qui ambulat perfecte, & operatur iustitiam, & loquitur veritatem in corde suo: Esa. 33. c. 16

3 Non detrahit lingua sua, non facit proximo suo malum, & opprobrium non accipit contra propinquum suum: B

4 Contemptus est in oculis eius reprobus, timentes autem Iehouam glorificat: qui iurauit in malum, & non mutat:

5 Pecuniam suam non dat ad vsuram, & munus contra innocentem non accipit: qui facit hæc, non labetur in seculum.

PSALM. XVI.

1 Commemoratio summi illius boni, & felicitatis quam homo habere potest in hac terra. 4 Afflictio non fidentibus soli Deo. 5 Præsidium Davidis, & patrimonium, Deus. 7 De Christi resurrectione prophetia. 11 Via vite, & lætitia per Christum.

1 Michtham Davidis.

CVstodi me Deus, quoniam spero in te.

2 Dic o anima mea Iehouæ, Deus meus es tu, bonum meum non ad te peruenit:

3 Sed ad sanctos qui in terra sunt, & fortes, erga quos omnis voluntas mea est.

4 Multiplicabuntur dolores eorum qui post alienum deum festinant: non libabo libamina eorum de sanguine, nec assumam nomina eorum in labijs meis. B

5 Iehoua pars portionis meę, & calicis mei, tu sustentas sortem meam.

6 Funēs ceciderunt mihi in amœnis locis: etiã hæreditas speciosa obuenit mihi.

7 Benedicam Iehouę qui consulit mihi: etiam noctibus erudiunt me renes mei.

8 Pono Iehouam corã me semper: quia à dextera mea est, non declinabo. Act. 2. d. 25

9 Propterea lætatum est cor meum, & exultauit gloria mea: etiam caro mea habitabit confidenter: C

10 Quoniam non derelinques animam meam in sepulchro: nec permittes misericordem tuum videre corruptionem. Act. 2. e. 31 & 13. f. 35

11 Scire facies me semitam vitæ: satietas lætitarum est cum vultu tuo: iucunditates sunt in dextera tua in seculum.

PSALM. XVII.

1 Vehemens & ardens precatio Davidis, ut eripiatur à Saule. 3 Deū adhibet testem suę innocentie. 4 Demonstrat suam conuersationem fuisse integram. 6 Iterum commendat causam suam, ac orat ut aduersus impios tegatur, confidens ita futurum. 10 Conqueritur de opulentia, potentia, superbia inimicorum suorum. eamq; persequendi summo studio. 13 Continuat suam preceationem: postulans subitū auxilium, ac recognoscens, quod patiebatur à Saule eiusq; similibus, esse à Deo. 15 Confirmatus animo, sperat post resurrectionem, faciem Dei se visurum.

Oratio Davidis.

1 AVdi Iehoua iustitiam meam, intende clamor meo, auscultra orationem meam que est absque labijs doli.

2 A facie

- 2 A facie tua iudicium meum egrediatur, oculi tui videant æquitates.
- 3 Probasti cor meum, visitaſti nocte, conſtaſti me, non inueniſti in me iniquitatem: quod cogitavi, non tranſiit os meum.
- B 4 Quod ad opera hominum aliorum, per verbū labiorum tuorum ego cuſtodiui ſemitas diſſipatoris.
- 5 Suſtenta grefſus meos in viis tuis, ne declinent pedes mei.
- 6 Ego inuocaui te, quoniā exaudis me Deus: inclina aurē tuam mihi, audi eloquiū meum.
- 7 Mirifica pietates tuas ſeruator ſperantium, ab inſurgentibus in dexteram tuam.
- C 8 Cuſtodi me vt nigrum pupillæ oculi, in vmbra alarum tuarum abſconde me.
- 9 A facie impiorum qui vaſtant me, inimicorum meorum qui propter animam circundant me.
- 10 Adipe ſuo clauserūt os ſuum, ore ſuo loquuntur ſuperbē.
- 11 In grefſu noſtro nunc circundant me, oculos ſuos ponunt ad expandendum rete in terram.
- 12 Similitudo eius vt leonis qui deſiderat rapere, & vt leunculi manentis in abditis.
- D 13 Surge Iehoua, præueni faciem eius, incurua eum, erue animam meam ab impio qui eſt gladius tuus:
- 14 A viris qui ſunt manus tua erue Iehoua, à viris de mundo, quorum pars eſt in vita, & abſcondito tuo implet ventrem eorum: ſaturantur filij, & dimittent reſiduum ſuum paruulis ſuis.
- 15 Ego in iuſticia videbo faciem tuam, ſatiabor quum expergeſta fuerit imago tua.

## P S A L M. XVIII.

2 Summo ſtudio gratias agit Deo quod eum liberarit ab inimicis. 4 Oſtendit ſe, de ope Dei magnopere certum eſſe. 5 Commemorat pericula, & malitiam inimicorum ſuorum à quibus ſubito fuit liberatus. 8 Deſcriptio indignationis iræq; Diuine contra ſuos aduerſarios. 17 Modus auxilij lati, quoniā Deus ipſum amabat. 21 Demonſtrat vitam ſuam integram ex obſervantia mandatorum Dei. 24 Liberatus eſt, quia Dominus reperit iuſtum ac innocentem in eo quod Saul ei obſciebat. 26 Deus agit cū bonis ſecundum ipſorum bonitatem, cum malis verò ſecundum eorum prauitatem: cum ſentiunt talem quales ipſi ſunt. 31 Nihil reprehendi poteſt in operibus Dei, & ipſe ſolus Deus eſt. 33 Copioſius exponit victoriam quam Deus ei dedit. 44 Liberatus Iſraelitarum ſeditionibus, tandem conſtitutus eſt Rex eorum ac nationum ſuorum, in quo eſt figura de Chriſto Ieſu. 47 Pro liberatione laudat Deum, ac promittit ſe in omnibus nationibus eum laudaturum.

- 1 Victori ſerui Iehouæ, nempe Dauidis, qui loquutus eſt Iehouæ verba cantici huius in die qua eripuit eum Iehouáh de manu omnium inimicorum ſuorum, & de manu ſaxuulorum. Et dixit,
1. Reg. 22. 4. 1
- Hebr. 2. c. 13
- 2 Dilligam te Iehoua fortitudo mea,
- 3 Iehouáh petra mea, & arx mea, & erutor meus, Deus meus, fortitudo mea, ſperabo in eo: ſcutum meum, & cornu ſalutis meæ, eleuatio mea.
- 4 Laudatum inuocabo Iehouam, & ab inimicis meis ſaluus ero.
- 5 Circunderant me dolores mortis, & torrentes impietatis terrebant me:
- 6 Dolores ſepulchri circunderant me, præuenerant me laquei mortis:
- 7 In anguſtia igitur mea inuocaui Iehouam, & ad Deum meum clamaui, & exaudiuit de templo ſuo vocem meam, & clamor meus coram eo introiuit in aures eius.
- 8 Tum cōmota eſt & contremuit terra, & fun-

- damenta montium mouerunt ſe: mouerunt ſe inquam quoniam iratus erat.
- 9 Aſcendit ſumus in ira eius, & ignis ex ore eius conſumpſit, carbones ſuccenſi ſunt ab eo.
- 10 Et inclinauit cælos, & deſcendit, & caligo ſub pedibus eius.
- 11 Et equitauit ſuper Cherub, & volauit, volauit inquam ſuper pennas ventorum.
- 12 Poſuit tenebras latibulum ſuum: in circuitibus eius tabernaculū eius, tenebroſitas aquarum, nubes cælorum.
- 13 Præfulgore qui erat corā eo, nubes eius tranſierunt, grando, & carbones ignis.
- B 14 Et tonauit in cælis Iehouáh, & Altiffimis dedit vocem ſuam, grandinem & carbones ignis.
- 15 Et miſit ſagittas ſuas, & confregit eos: & fulgura iecit, & perdidit eos.
- 16 Et apparuerunt profunda aquarū, & diſcoperta ſunt fundamenta orbis propter increpationem tuam o Iehoua, propter flatum venti iræ tuæ.
- 17 Miſit de ſummo, apprehendit me, atque extraxit me de aquis multis.
- 18 Eruit me ab inimico meo forti, ab odio habentibus me: quoniam robuſtiores erant me.
- 19 Præuenerant me in die contritionis meæ, & fuit Iehouáh baculus mihi.
- 20 Et eduxit me in latitudinem: eruit me quoniam complacuit ſibi in me.
- 21 Retribuit mihi Iehouáh ſecundū iuſticiam meam, ſecundum puritatē manuum mearum reddidit mihi:
- 22 Quia cuſtodiui vias Iehouæ, & non impiē egi à Deo meo:
- 23 Quoniam omnia iudicia eius coram me, & ſtatuta eius non ſubmoui à me.
- 24 Et fui perfectus cum eo, & ſeruauī me ab iniquitate mea.
- 25 Et reddidit Iehouáh mihi ſecundum iuſticiam meam, ſecundum puritatem manuum mearum coram oculis ſuis.
- C 26 Cum miſericorde miſericors eris, & cum viro perfecto perfectus eris:
- 27 Cum mundo mundus eris, & cum peruerſo peruerſe agis.
- 28 Quoniam tu populum pauperem ſaluum facies, & oculos excelfos humiliabis.
- 29 Quoniam tu illuminas lucernam meam: Iehouáh Deus meus illuminat tenebras meas.
- 30 Quoniam in te contriui exercitū, & in Deo meo tranſiliam murum.
- 31 Dei perfecta eſt via, eloquium Iehouæ purgatum: clypeus eſt omnibus ſperantibus in eo.
- 32 Quoniam quis Deus præter Iehouam? & quis fortis præter Deum noſtrum?
- 33 Deus qui accingit me fortitudine, & ponit perfectam viam meam:
- 34 Ponens pedes meos ſicut ceruarum, & ſuper excella mea ſtare fecit me.
- 35 Qui docet manus meas ad bellum, & contemnitur arcus æreus brachiis meis.
- 36 Et dedisti mihi ſcutum ſalutis tuæ, & dextera tua fulciuit me, & manſuetudo tua multiplicauit me.
- 37 Dilataſti grefſus meos ſubtus me, & non declinarunt crura mea.
- D 38 Perſequutus ſum inimicos meos, & cōprehēdi eos, nec reuerſus ſum donec conſumpſi eos.
- 39 Tranſ-

- 39 Transfixi eos, nec potuerunt surgere, ceciderunt subtus pedes meos.  
 40 Et accinxisti me fortitudine ad bellum, incuruasti inimicos meos subtus me.  
 41 Et inimicorum meorum dedisti mihi ceruicem, & odio habentes me, succidi.  
 42 Clamabant, & non erat seruator: ad Iehouam, & non exaudiuit eos.  
 43 Et contudi eos vt puluerem coram vento, sicut lurum platearum attenuaui eos.  
 44 Eruiisti me à contentionibus populi, posuisti me in caput Gentium: populus quem non cognoui, seruiuit mihi.  
 45 Ad auditum auris obtemperauerunt mihi, filij extranei mentiti sunt mihi.  
 46 Filij extranei defluerunt: & contremuerunt è claufuris suis.  
 47 Viuit Iehouáh, & benedictus sit Fortis meus, & exaltetur Deus salutis meæ.  
 48 Deus est qui dat vltiones mihi, & adduxit populos sub me.  
 49 Erutor meus ab inimicis meis, etiam ab insurgentibus in me exaltasti me, à viro iniquo eruisti me.  
 50 Propterea confitebor tibi in Gentibus ó Iehoua, & nomini tuo psallam:  
 51 Magnificans salutes Regis sui, & faciens misericordiam vncto suo Dauid, & semini eius vsque in seculum.

PSALM. XIX.

- 2 Ostendit gloriam Dei celebrari à cælis quos creauit, & vicissitudine dierum ac noctium: etiam à sole. 8 Ostendit etiam Legem Dei omnibus cælis perfectiorem esse datam Israëlitis, in qua Deus exollitur: quam varijs nominibus appellat, Legem, testimonia, mandata, timorem Domini & iudicia: cuius docet efficaciam & dignitatem. 13 Sua conscientia infirmitatis ac corruptionis impediens ne Lex impleatur, petit vt sua sibi errata condonentur.  
 15 Orat vt sua et oratio grata sit.

1 Victori Canticum Dauidis.

- 2 Cæli enarrant gloriam Dei, & opus manuum eius annuntiat firmamentum.  
 3 Dies diei eloquitur sermonem, & nox nocti indicat scientiam.  
 4 Non est sermo, nec sunt verba, ubi non audiat vox eorum:  
 5 In omnem terram exiuit linea eorum, & in extremum orbis eloquia eorum: soli posuit tabernaculum in ipsis.  
 6 Et ipse tanquam sponsus egrediens de thalamo suo, gaudet vt potens, ad currendam viam.  
 7 Ab extremo cælorum egressio eius, & reuolutio eius vsque ad extrema eorum: & non est qui abscondat se à calore eius.  
 8 Lex Iehouæ perfecta, conuertens animam: testimonium Iehouæ fidele, sapientem efficiens paruulum.  
 9 Præcepta Iehouæ recta, lætificantia cor: præceptum Iehouæ purum, illuminans oculos.  
 10 Timor Iehouæ mundus, permanens in seculum: iudicia Iehouæ veritas, iustificata sunt pariter.  
 11 Desiderabilia magis quam aurum & quam aurum multum, & dulciora melle & stillatione fauoram.  
 12 Etiam seruus tuus illustratur in eis: in custodiendo ea, merces multa est.  
 13 Errores quis intelligat? ab occultis munda me.

- 14 Etiam à superbiis prohibe seruum tuum, ne dominantur mihi: tunc perfectus ero, & mundus ero à prauaricatione magna.  
 15 Sint ad placitum eloquia oris mei, & meditatio cordis mei coram te Iehoua, petra mea, & redemptor mi.

PSALM. XX.

- 2 Oratio populi ad Deum vt velit exaudire preces Dauidis regis sui gratas habere sacrificia ab eo ante oblata, quam bellum contra Ammonitas susceperet: ac vt det ei victoriam. 7 Populus victoriam sperat, confidens plane Domino, non humanis viribus sicut ipsorum inimici. 10 Iterum precantur.

1 Victori Canticum Dauidis.

- 2 Exaudiat te Iehoua in die angustiae, eleuet te nomen Dei Iayacob.  
 3 Mittat tibi auxiliu de sanctitate: & de Sion fulciat te.  
 4 Recordetur omnium sacrificiorum tuorum & holocaustum tuum incineret. Selah.  
 5 Det tibi secundum cor tuum: & omne consilium tuum impleat.  
 6 Exultabimus in salute tua, & in nomine Dei nostri vexillum eleuabimus: impleat Iehouáh omnes petitiones tuas.  
 7 Nunc noui quod seruauerit Iehouáh vnctum suum: exaudiet illum de cælis sanctitatis suæ, in fortitudinibus salus dexteræ eius.  
 8 Hi in curru, & hi in equis fidunt: at nos nomen Iehouæ Dei nostri memorabimus.  
 9 Hi incuruati sunt, & ceciderunt: at nos surreximus, & ereximus nos.  
 10 Iehoua, serua, Rex ille exaudiat nos in die quatinuocauerimus.

PSALM. XXI.

- 2 Populus sibi gratulans gratias Deo agit, commemorans salutem ac victoriam quam in maximis periculis Dauidi dedit, omnia tribuens Deo, nihil humanis viribus. 7 Bonus rex, populi benedictio, sine exemplum benedictionis. 8 Quam vim habeat fiducia in Deo. 9 Impiorum exitus. 14 Excitant Deum ad declarandam suam potentiam, & quamobrem.

1 Victori Canticum Dauidis.

- 2 Iehoua, in fortitudine tua lætatur Rex, & in salute tua exultat quam vehementissimè.  
 3 Desiderium cordis eius dedisti ei: & prolationem labiorum eius non prohibuisti. Selah.  
 4 Quoniam præuenisti eum benedictionibus boni: imposuisti capiti eius coronam auream.  
 5 Vitam petiit à te, & dedisti ei longitudinem dierum in seculum & seculum.  
 6 Magna est gloria eius in salute tua: gloriam & decorem posuisti super eum:  
 7 Quoniam posuisti eum benedictiones in seculum, lætificasti eum in lætitia vultu tuo.  
 8 Quoniam rex sperat in Iehoua, & in misericordia Altissimi non declinabit.  
 9 Inueniet manus tua omnes inimicos tuos, dextera tua inueniet odio habentes te.  
 10 Pones eos vt clibanum ignis in tempore iræ tuæ: Iehoua in furore suo disperdet eos, & confumet eos ignis.  
 11 Fructum eorum è terra perdes, & semen eorum à filiis hominum:  
 12 Quoniam declinauerunt super te malum, cogitauerunt cogitationem quam non poterunt perficere.  
 13 Quoniam pones eos humerum, in funibus tuis præparabis sagittas contra faciem eorum.  
 14 Exalta te Iehoua in fortitudine tua: cantabimus, & psallemus fortitudinem tuam.

2 Christi in cruce angores propè usque ad desperationem, sentiens se à Patre desertum esse, licet ad tempus. 7 Ludibria ei facta à populo, eiusq; gubernatoribus sacerdotibus, scribis & Phariseis. 10 Spem suam in Deo excitat, atq; inuocat Patrem. 13 Queritur de multitudine ac vi inimicorum suorum, ostendens suam maximam debilitatē atq; imbecillitatem. 20 Continuat precationem suam ut liberetur, atq; ita patrem suum laudet in Ecclesia, atque excitet omnes Christianos ad sperandum in Deo in suis calamitatibus. 26 Vota Iesu Christi erant ad laudandum Patrem suum post liberationem. 27 Satietas afflictis. 28 Predicit amplificationem regni Iesu Christi usq; ad Gentes. 30 Diuites etiam ac potentes orbis, mortuiq; cognoscent Iesum Christum, & omnes qui miserè in suis conscientijs affliguntur.

1 Victori super Ceruam matutinam canticum Dauidis.

Mat. 27. e.

46

Mat. 15. c. 34

2 Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me, elongatus es à salute mea & à verbis rugitus mei?

3 Deus meus clamo per diem, & non exaudis: & nocte, & non est silentium mihi.

4 Et tu sanctus, permanens laudes Israel.

5 In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt, & eruisti eos.

B

6 Ad te clamauerunt, & euaserunt: in te sperauerunt, & non fuerunt pudore affecti.

7 Et ego sum ut vermis, & non vir: opprobriū hominum, & contemptus populi.

Mat. 27. c. 39

8 Omnes videntes me subfannant me, emittunt per labium, mouent caput:

Mat. 27. c. 43

Sap. 2. d. 18

9 Deuoluit res suas ad Iehouam, eruat eum, eripiat eum, quoniam complacet sibi in eo.

10 Quoniam tu es eductor meus ab utero, confidere faciens me super ubera matris meæ.

C

11 Super te proiectus sum à vulua: de ventre matris meæ Deus meus es tu.

12 Ne elonges te à me: quoniam angustia est propinqua, quia non est auxiliator.

13 Circudederunt me vituli multi: tauri Babyloniae circumdederunt me.

D

14 Aperuerunt super me os suum, ut leo rapiens & rugiens.

15 Sicut aqua effusus sum, & separata sunt omnia ossa mea: factumq; est cor meū sicut cera, liquefecit se in medio viscerum meorum.

16 Aruit tanquam testa fortitudo mea, & lingua mea iungitur faucibus meis, & in puluerem mortis posuisti me.

17 Quoniam circudederunt me canes, congregatio malignantium circudederunt me: foderunt manus meas & pedes meos.

Mat. 27. d. 35

Marci 15. b.

24

18 Numerabo omnia ossa mea: ipsi aspiciunt, & intuentur me.

19 Diuiserunt vestimenta mea sibi ipsis, & super vestem meam proiecerunt sortem.

E

20 Et tu Iehoua ne elonges te, fortitudo mea ad auxilium meum festina.

Luc. 23. d. 33

Ioan. 19. d. 23

Ioan. 19. e. 24

21 Erue à gladio animam meam, è manu canis vnicam meam.

22 Serua me ab ore leonis, & à cornibus vnicornium exaudias me.

Hebr. 2. c. 12

23 Narrabo nomen tuū fratribus meis: in medio congregationis laudabo te.

24 Dicam, Timentes Iehouam laudate eum, vniuersum semen Iayacob glorificate eum, & timete ab eo omne semen Israel:

F

25 Quia non spreuit, nec abominatus est humilitatem pauperis, neq; abscondit faciem suam ab eo: & dum clamaret ad eum, audiuit.

26 A te laus mea in congregatione multa: vota

mea reddam coram timentibus eum.

27 Edent pauperes, & saturabuntur: laudabunt Iehouam quærentes eum: viuet cor vestrum in seculum.

28 Reminiscuntur & conuertentur ad Iehouam omnes fines terræ: & inclinabunt se coram te vniuersæ familiæ Gentium: **G**

29 Quoniam Iehouæ est regnum, & dominatur Gentibus.

30 Comedent, & adorabunt omnes pingues terræ: ante ipsum inclinabunt se omnes descendentes in puluerem, & qui animam suam non viuificauit.

31 Semen eorum seruiet ei, narrabitur Domino in generationem.

32 Venient & annuntiabunt iusticiam eius populo genito quia fecit.

1 Dauid vt expertus, sub similitudine pastoris & ouium docet quam magna, & certa sit prouidentia Dei erga suos. 6 Misericordia & vita aeterna.

1 Canticum Dauidis.

Iehoua pascit me: non deficiam.

2 In tuguriis germinis accubare facit me, ad aquas requierum deducit me.

3 Animam meam conuertit, ducit me per semitas iustitiæ propter nomen suum.

4 Etiãsi ambulauero per vallem umbræ mortis, non timebo malum, quoniam tu mecum es: virga tua, & baculus tuus, ipsa consolantur me.

5 Præparas coram me mensam, eregione hostium meorum: impinguasti in oleo caput meum, calix meus exuberans.

6 Veruntamen bonum & misericordia prosequentur me omnibus diebus vitæ meæ, & habitabo in domo Iehouæ in longitudinem dierum.

1 Quamuis vniuersa terra, omnesq; populi sint Domini, tamen singulariter sibi elegit montem Sion & populum Israel: qui mons representat quasi vmbra quædam montem caelestem, quo ascendent quales hic describuntur. 7 Exoptat templum edificari in quo constitueretur arcus quem vocat regem gloriæ, quod super eam populo suo appareret Deus.

1 Dauidis canticum.

Iehouæ est terra & plenitudo eius: orbis, & habitantes in eo.

2 Quia ipse super maria fundauit eam, & super flumina firmavit eam.

3 Quis ascendet in montem Iehouæ, & quis stabit in loco sanctitatis eius?

4 Mundus manibus, & mundus corde, qui non accipit in vanum animam suam, nec irrat dolosè:

5 Accipiet benedictionem à Iehoua, & iusticiam à Deo salutis suæ.

6 Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem tuam, Iayacob. Selah.

7 Eleuate ô portæ, capita vestra, & eleuate vos portæ perpetuæ: & introibit rex gloriæ.

8 Quis est iste rex gloriæ? Iehoua fortis & potens, Iehoua potens in prælio.

9 Eleuate ô portæ, capita vestra, & eleuate vos portæ perpetuæ: & introibit rex gloriæ.

10 Quis est iste rex gloriæ? Iehoua exercituum ipse est Rex gloriæ. Selah. **C**

Esai. 40. c. 11

Ierem. 23. d. 5

Ezech. 34. f.

23

Ioan. 10. b. 11

1. Pet. 2. d. 25

B

12

Exod. 19. d. 5

1. Corint. 10.

f. 26

Psal. 49. c.

12

B

C

PSALM. XXV.

*2* Confidens Deo afflictus ab inimicis peccata agnoscentis sue precipue inuictus orat ut a Deo doceatur, eiusque misericordia sibi ignoscatur. *8* Laudat Domini bonitatem qui humiles doceat. *10* Quae sunt viae Domini. *11* Iterum veniam petit. *12* Felicitates eorum qui timent Deum. *15* Adhuc sicut initio, orat a suis afflictionibus liberari, petens veniam peccatorum suorum propter quae huiusmodi sunt afflictiones: demonstrans tamen iustitiam suam in eo in quo aduersary eum persequantur.

**1** Dauidis.

**A**d te Iehoua animam meam leuo.

**2** Deus meus in te spero, ne pudore afficiar, ne exultent inimici mei de me.

**3** Etiam omnes qui expectant te non afficientur pudore: pudore afficientur prauaricantes sine causa.

**4** Vias tuas Iehoua scire fac me, semitas tuas doce me.

**5** Ambulare fac me per veritatem tuam, & doce me: quia tu es Deus salutis meae, te expecto omni die.

**6** Reminiscere miserationum tuarum Iehoua, & misericordiarum tuarum, quia a seculo sunt.

**7** Peccatorum adolescentiae meae, & prauaricationum mearum ne memineris, sed secundum misericordiam tuam memento mei tui, propter bonitatem tuam Iehoua.

**8** Bonus & rectus Iehoua: ideo docebit peccatores viam.

**9** Ambulare faciet humiles in iudicio, & docebit humiles viam suam.

**10** Omnes semitae Iehouae, misericordia & veritas custodientibus pactum eius & testimonia eius.

**11** Propter nomen tuum Iehoua, parce iniquitati meae: quoniam multa est.

**12** Quis est vir timens Iehouam? docebit eum viam quam eligat.

**13** Anima eius in bono commorabitur, & semen eius hereditate accipiet terram.

**14** Secretum Iehouae timentibus eum, & pactum eius ut scire faciat eos.

**15** Oculi mei semper ad Iehouam: quoniam spero quod ipse educet a reti pedes meos.

**16** Respice super me, & miserere mei, quia vnicus & pauper sum.

**17** Angustiae cordis mei dilatatae sunt: ab angustiis meis educ me.

**18** Vide afflictionem meam, & laborem meum, & parce omnibus peccatis meis.

**19** Vide inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me.

**20** Custodi animam meam, & erue me: ne confundar, quoniam speravi in te.

**21** Perfectio & rectitudo custodiant me: quoniam te expecto.

**22** Redime Deus Israel ex omnibus angustiis eius.

PSALM. XXVI.

*1* Dauid nullius iniuriae Sauli factae sibi conscius, propter quam eum ille deberet persequi, petit a Deo ut in hac causa iudex sit. *3* Declarat integritatem vitae suae. *6* Meminit sacrificiorum quae in simplicitate obtulit: cupitque vehementer in ceteris fidelium esse, ex quo a Saule cictus erat: neque comprehendi, atque implicari in poena hominum impiorum, protegens semper de integritate sua.

**1** Dauidis.

**I**udica me Iehoua: quoniam ego in perfectione mea ambulavi, & Iehouae filius sum: non nutabo.

**2** Proba me Iehoua, & tenta me, funde renes

meos & cor meum:

**3** Quoniam misericordia tua coram oculis meis est, & ambulavi in veritate tua.

**4** Non sedi cum viris mendacibus, & cum occultantibus se non introiui.

**5** Odi caetum malignantium, & cum impiis non sedeo.

**6** Laui in innocentia manus meas, & circumdedi altare tuum Iehoua:

**7** Ut audire facerem vocem confessionis, & narrarem omnia mirabilia tua.

**8** Iehoua dilexi habitaculum domus tuae, & locum tabernaculi gloriae tuae.

**9** Ne congreges cum peccatoribus animam meam, & cum viris sanguinolentis vitam meam:

**10** Quorum in manibus est prauaricatio, & dextera eorum plena est muneribus.

**11** At ego in perfectione mea ambulo: propterea redime me, & miserere mei.

**12** Pes meus stetit in rectitudine: in caetibus benedicam Iehouae.

PSALM. XXVII.

*1* Dauid canit hunc psalmum Domino, maximo quodam periculo liberatus: ostendens singularem animi magnitudinem, ac firmitudinem in Domino in summo periculo. *4* Ex omnibus rebus vnica petit, ut reuertii possit in templum, cum ceteris fidelibus, & quare. *6* Confirmat se innitens Domino. *7* Orat summo animi ardore, quarens Dominum iuxta ipsius mandatum, postulans ne abijciatur, omnino ope parentum suorum destitutus. *11* Petit ut doceatur & dirigatur, neque inimicis suis permittatur. *13* Suo exemplo hortatur ad fidem & spem in Domino.

**1** Dauidis.

**I**ehoua lux mea & salus mea, a quo timebo? Iehoua fortitudo vitae meae, a quo pauebo?

**2** Quum appropinquarent aduersum me maligni, ut ederent carnem meam, hostes mei & inimici mei, ipsi impegerunt, & ceciderunt.

**3** Si castrametati fuerint aduersum me castra, non timebit cor meum: si consurgat aduersum me bellum, huic ego fido.

**4** Vnum petii a Iehoua, hoc requiram, ut habitem in domo Iehouae omnibus diebus vitae meae, ut videam pulchritudinem Iehouae, & quaeram in templo eius.

**5** Quia abscondet me in tabernaculo suo in die mala, & abscondet me in abscondito loco tabernaculi sui, in petram exaltabit me.

**6** Et nunc exaltabitur caput meum super inimicos meos in circuitibus meis, & sacrificabo in tabernaculo eius sacrificia vociferationis, cantabo, & canam Iehouae.

**7** Audi Iehoua vocem meam qua clamo, & miserere mei, & exaudi me.

**8** Tibi dixit cor meum, Quae faciem meam: faciem tuam Iehoua quaeram.

**9** Ne abscondas igitur faciem tuam a me, neque declinare sinas in iram seruum tuum: auxiliu meum fuisti, ne derelinquas me igitur, & ne deras me, Deus salutis meae:

**10** Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: & Iehoua collegit me.

**11** Doce me Iehoua viam tuam, & duc me per semitam rectitudinis propter hostes meos.

**12** Ne tradas me voluntati hostium meorum: quoniam surrexerunt in me testes mendaces, & loquens iniquitatem.

**13** Defecissem nisi credidissem me visurum bonitatem Iehouae in terra viuentium.

**14** Expecta Iehouam, corrobora te, & roboram

N

bit Deus cor tuum: & expecta Iehouam.

PSALM. XXVIII.

*David expulsus e patria sua, vehementerque afflictus, versus arams que erat in templo conuertens faciem suam, petit opem & ut exaudiat, neque cum impiis opprimatur. 4 Petit vindictam contra inimicos Dei, & quare. 6 Gratias agit Deo qui eum exaudivit ac liberavit, laudans recognoscensque eius potentiam.*

1 Dauidis.

**A**d te Iehoua clamo, petra mea, ne taceas a me: ne forte fileas a me, & assimiler descendentes in sepulchrum.

2 Audi vocem deprecationum mearum quum clamo ad te, quum eleuo manus meas ad adytum sanctitatis tue.

Iere. 9. c. 8

**B** 3 Ne trahas me cum impiis, & cum operantibus iniquitatem: loquentibus pacem cum proximis suis, & malum in corde eorum est.

4 Da eis secundum opus eorum, & secundum malum operum eorum, secundum opus manuum eorum da eis, redde retributionem eorum eis:

5 Quoniam non aduertunt animum ad opera Iehouæ, & ad opus manuum eius: destruet eos, & non ædificabit eos.

6 Benedictus Iehoua, quoniam audiuit vocem deprecationum mearum.

**C** 7 Iehoua fortitudo mea, & scutum meum, in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum: & exultauit cor meum, & cantico meo confitebor ei.

8 Iehoua fortitudo eis, & fortitudo salutarum vncti sui est.

9 Serua populum tuum, & benedic hereditati tue: & pasc eos, & extolle eos usque in seculum.

PSALM. XXIX.

*Hortatur principes ac potentes huius mundi ad dandam gloriam Domino, agnoscens eum præpotentem, idque in eius sanctuario. 3 Quæ sit potentia Dei in tonitru ac tempestatibus. 10 Potentia Dei intelligitur ex vi & impetu aquarum e celo descendentium.*

1 Canticum Dauidis.

**D**ate Iehouæ, filij fortium, afferte Iehouæ gloriam & fortitudinem:

2 Date Iehouæ gloriam nominis eius, incuruate vos Iehouæ in gloria sanctitatis.

3 Vox Iehouæ super aquas, Deus gloriæ tonare facit, Iehoua super aquas multas.

4 Vox Iehouæ in potetia, vox Iehouæ in gloria.

5 Vox Iehouæ confringens cedros, & confringit Iehoua cedros Libani:

**B** 6 Et saltare facit eas sicut vitulus: Libanum & Sirion sicut filius vnicornium.

7 Vox Iehouæ excidens flammam ignis.

8 Vox Iehouæ trepidare facit desertum, trepidare facit Iehoua desertum Cades.

9 Vox Iehouæ parturire facit ceruas, & detegit sylvas: & in templo eius totus eius populus dicit gloriam.

10 Iehoua in diluuiio sedit, & sedebit Iehoua rex in seculum.

11 Iehoua fortitudinem populo suo dabit: Iehoua benedicet populo suo in pace.

PSALM. XXX.

*David ab inimicis suis liberatus, atque aliquantum quietis adeptus laudat Dominum quod se à morte per eos interitum liberavit. 5 Prouocat alios ad laudes similes, commemorans bonitatem Dei non diu suam iram retinentis. 7 Fruens ita rebus secundis, occupata ciuitate Ierusalè & in monte palatio ædificato, quum existimaret huiusmodi felicitate fore perpetuam, Dominus immisit aliam per commutationem, à qua clamans ad Deum liberatus est: itaque eum etiam laudat.*

2. Sam. 5. b. 11

1 Psalmus cæntici dedicationis domus Dauidis.

**E**xaltabo te Iehoua, quoniam exaltasti me, nec letificasti inimicos meos de me.

3 Iehoua Deus meus clamaui ad te, & sanasti me.

4 Iehoua ascendere fecisti ab inferno animam meam, viuificasti me à descendentibus in sepulchrum.

5 Canite Iehouæ misericordes eius, & confite mini memoriæ sanctitatis eius:

6 Quoniam momentum est in furore eius, vita in voluntate eius: vesperi pernoctabit fletus, & mane lætitia erit.

7 Et ego dixi in felicitate mea, Non vacillabo in seculum.

8 (Nam Iehoua, beneplacito tuo stare fecisti in monte meo fortitudinem:) abscondisti faciem tuam, & fui territus.

9 Tunc ad te Iehoua clamaui, & ad Dominum orauit, dicendo:

10 Quæ utilitas in sanguine meo, quum descendero in foueam? nūquid confitebitur tibi puluis? nunquid annuntiabit veritatem tuam?

11 Audi Iehoua, & miserere mei, Iehoua esto adiutor mihi.

12 Vertisti planctum meum in chorum mihi: soluisti sacco meum, & accinxisti me lætitia.

13 Propterea canet tibi gloria mea, & non tacebit: Iehoua Deus mi in seculum confitebor tibi.

PSALM. XXXI.

*David conclusus in deserto Maon à Saule & iis qui eum sequebantur, clamat ardentem ad Deum: eique se commendans, in eo totam fiduciam collocat. In hoc psalmo est figura Iesu Christi qui pro nobis etiam à populo suo huiusmodi angores perpassus est. 8 Latatur de liberatione. 10 Describit querelas, dolores, anxietates quas sentiebat ita conclusus atque constrictus. 15 Rediit ad preces ut liberetur, postulans fauorem Domini. 18 Optat impiis ac mendacibus confessionem. 20 Declaratio bonorum Domini quæ sunt parata iis qui eum timent, in eoque confidunt. 22 Gratias agit Deo pro ipsius bonitate erga se. 23 Quamuis diffideret, orat tamen, & exauditur. 24 Exhortatio ad amandum Deum, in eoque perseverandum. Pena superborum.*

1 Vincenti Psalmus Dauidis.

2 **I**n te Iehoua speraui, ne pudore afficiar in seculum, in iustitia tua eripe me.

3 Inclina ad me aurem tuam, celeriter erue me, esto mihi vt petra fortis, & vt domus munita, vt serues me.

4 Quoniam petra mea & munitio mea es: & propter nomen tuum duc me & deduc me.

5 Educ me è reti quod absconderunt mihi: quoniam tu es fortitudo mea.

6 In manum tuam commendo spiritum meum: redimes enim me Iehoua Deus veritatis.

7 Odi obseruantes vanitates frustra: at ego in Iehoua spero.

8 Exultabo & lætabor in misericordia tua: quia uidiisti afflictionem meam, & agnouisti in angustiis animam meam:

9 Nec conclusisti me in manum inimici: sed stare fecisti in latitudine pedes meos.

10 Miserere mei Iehoua, quoniam angustia est mihi: computruit in ira oculus meus, anima mea, & venter meus.

11 Quoniam defecit præ dolore vita mea, & anni mei præ gemitu: concidit propter iniquitatem meam fortitudo mea, & ossa mea computruerunt.

12 Omnibus hostibus meis fui opprobrium, & vicinis meis valde, & pauor notis meis: videntes me foris, fugiebant à me.

13 Obluioni datus sum sicut mortuus à corde, factus sum sicut vas perditum:

14 Quo-

Luc. 23. f. 46

D

14 Quoniam audiui viruperationem multorum, pauor circumquaque, dum consulebant pariter aduersum me: nam vt caperent animam meam, cogitabant.

E 15 At ego in te speraui Iehoua: dixi, Deus meus

16 In manu tua sunt tempora mea: erue me e manu inimicorum meorum, & a persequentibus me.

C 17 Lucere fac faciem tuam super seruum tuum, & serua me propter misericordiam tuam.

18 Iehoua ne pudore afficiat, quoniam inuocauit te: pudore afficiantur impij, excidantur in sepulchro.

F 19 Obmutescant labia mendacia, que loquuntur aduersus iustum dura cum superbia & contemptu.

20 Quam multum est bonum tuum quod seposuisti timentibus te, quod operatus es sperantibus in te coram filiis hominum.

21 Abscondis eos in abscondito faciei tue ab oculationibus viri: abscondis eos tanquam in tabernaculo a contentione linguarum.

22 Benedictus Iehoua, quoniam mirificauit misericordiam suam mihi tanquam in ciuitate munita.

G 23 Et ego dicebam dum festinarem, Excisus sum ab oculis tuis: verum audisti vocem deprecationum mearum quum clamarem ad te.

D 24 Diligite Iehoua omnes misericordes eius: fideles custodit Iehoua, & reddit propter superbiam facienti superbe.

25 Roboramini, & roborabit Deus cor vestrum, omnes sperantes in Iehoua.

PSALM. XXXII.

1 David graui morbo affectus pro suis peccatis qua sentiebat ac cordis sui hypocrisis exclamavit, & demonstrat quisiuam sit iustus. 3 Sine taceret cogitans peccata sua, siue clamaret, dolore extirpabatur. 5 Confessione peccatorum suorum veniam consequitur. 6 Hac eius venia ceteri hanc misericordiam cognoscetes, accedant ad Deum libere. 7 Deus ex tribulationibus liberat. 8 Doctrina atque institutio ad bene viuendum. 10 Dissimilitudo impiorum atque in Deo confidentium. 11 Cohortatur ad letitiam iustos & rectos corde.

1 Davidis intelligentia.

Rom. 4. 4. 7.

B 2 Beatus cui dimissa est prauaricatio, cui reatum est peccatum.

3 Beatus homo cui non imputat Iehoua iniquitatem, nec est in spiritu eius dolus.

4 Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea in rugitu meo tota die.

5 Quonia die ac nocte aggrauatur super manus tua, versus est viror meus in siccitates aestatis. Selah.

Esa. 65. d. 14.

B 6 Peccatum igitur meum notum feci tibi, & iniquitatem meam non operui: dixi, Confitebor aduersum me prauaricationes meas Iehouae: & tu demisti iniquitatem peccati mei. Selah.

7 Propter hoc orabit omnis misericors ad te, tempore intuenendi: profecto in inundatione aquarum multarum, ad eum non pertingent.

C 8 Tu abscondio es mihi, ab angustia custodis me: clamoribus liberationis circumdas me. Selah.

9 Intelligere faciam te, & docebo te viam per quam ambules, consulam tibi oculo meo.

D 10 Ne sitis sicut equus, sicut mulus, quibus non est intellectus: in campo & freno os eius est ad coercendum ne appropinquet tibi.

11 Multi dolores erunt impio: sed sperantem in

Iehoua misericordia circundabit. 12 Laetamini in Iehoua, & exultate iusti, & laudate omnes recti corde.

PSALM. XXXIII.

1 Exhortatio ad rectos corde ad laudandum Deum, quonia omnia que dicit & promittit, sunt vera ea que prestat, bene ac recte ordinans omnia. 6 Laudat Dei potentiam ex creatione rerum, ex qua formidabilem esse ostendit. 10 Providentia & consilium Dei aternum, dissipans consilium hominum. 12 Quis est populus beatus. 13 Deus videt ac cognoscit omnia: omnium curam providentiamque habet, omnia habet in potestate sua. 16 Deus solus liberat, & conseruat eos qui ipsum timent. 20 Dominus est auxilium & scutum nostrum, letitia iis qui in eo fidunt.

1 Exultate iusti in Iehoua: rectis pulchra est laus.

2 Confitemini Iehouae in cithara: in nebel & decachordo canite ei.

3 Cantate ei canticum nouum, benefacite canendo in clamore:

4 Quia rectum est verbum Iehouae, & omne opus eius in fide.

5 Diligit iustitiam & iudicium, misericordia Iehouae plena est terra.

Gen. 1. 4. 6.

6 Verbo Iehouae caeli facti sunt, & spiritu oris eius omnis exercitus eorum.

B

7 Congregans velut in aceruum aquas maris, ponens in thesauris voragine.

8 Timeant a Iehoua omnis terra, ab eo paueat omnes habitatores orbis.

Iudith 16. c. 18

9 Quoniam ipse dixit, & fuit: ipse precepit, & extitit.

10 Iehoua irritum facit consilium gentium, irritas facit cogitationes populorum.

11 Consilium autem Iehouae in seculum stat, cogitationes cordis eius in generationem & generationem.

12 Beata gens cuius Iehoua est Deus eius: populus quem elegit in hereditatem sibi.

C

13 E caelis respicit Iehoua, videt omnes filios hominum.

14 Ex habitaculo sessionis suae prospicit super omnes habitatores terrae.

15 Qui formauit simul cor eorum, considerans omnia opera eorum.

16 Non saluatur rex in multitudine exercitus, potens non euadet in multitudine potentiae.

D

17 Mendacium est equus ad salutem, in multitudine roboris sui non eripit.

18 Ecce oculus Iehouae super timentes eum, in sperantes in misericordia eius:

19 Vt eruat a morte animas eorum, & viuificet eos in fame.

20 Ideo anima nostra expectat Iehouam: nam auxilium nostrum, & clypeus noster est.

21 Certè in eo laetabitur cor nostrum, quia in nomine sanctitatis eius speramus.

22 Sit misericordia tua Iehoua super nos, quem admodum speramus in te.

PSALM. XXXIII.

1 Excitat & se & alios ad laudandum Deum, liberatus ab Achis rege Geth. 7 Eripit Deus de afflictione. 9 Exhortatio ad gustandam bonitatem Dei, eumque timendum, & nihil deerit. 11 Dirites inopes. Quarentes Deum. 13 Opera quarentium vitam. 16 Bona iustorum & mala impiorum. 23 Liberat Deus, spes in Deo.

1 Davidis, quum mutauit ipse vultum suum coram Abimelech, & expulit eum, & abiit.

2 Benedicam Iehouae in omni tempore, semper laus eius in ore meo.

3 In Iehoua laudabit se anima mea: audient

humiles, & lætabuntur.

4 Magnificate Iehouam mecum, & exaltemus nomen eius simul.

5 Quæsiui Iehouam, & exaudiuit me, & ex omnibus timoribus meis eripuit me.

6 Aspicient ad eum, & illuminabuntur, & facies eorum non afficientur pudore.

B 7 Ille pauper clamauit, & Iehoua audiuit: & ex omnibus angustiis eius seruauit eum.

8 Castrametatur angelus Iehouæ circum timentes eum, & eripit eos.

9 Gustate, & videte quod bonus Iehoua: beatus vir qui sperat in eo.

10 Timete Iehouam sancti eius: quoniam non est penuria timentibus eum.

C 11 Leunculi indigebunt, & famem patientur: sed quærentes Iehouam non deficient omni bono.

1. Pet. 3. b. 10 12 Venite filij, auscultate mihi, timorem Iehouæ docebo vos.

13 Quis vir ille qui vult vitam, diligit dies, vt videat bonum?

14 Custodi linguam tuam à malo, & labia tua à loquendo dolum.

Eccli. 15. d. 20 15 Declina à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam.

16 Oculi Iehouæ super iustos, & aures eius ad clamorem eorum.

17 Vultus autem Iehouæ contra facientes malum, vt succidat e terra memoriam eorum.

D 18 Clamât iusti, & Iehoua exaudit, & ex omnibus angustiis eorum eripit eos.

19 Propinquus est Iehoua contritis corde, & attritos spiritu seruat.

20 Multa sunt mala iusti: & à cunctis ipsis eruit eum Iehoua:

21 Custodiens omnia ossa eius, vnum ex eis non est contritum.

22 Interimet impium malitia: & odio habentes iustum deuastabuntur.

23 Redimit Iehoua animam seruorum suorum, & non deuastabuntur omnes sperantes in eo.

PSALM. XXXV.

1 Implorat opem Dei vt iudicis, qui causam suam agat & eum liberet. De Christo propheta. 11 Queritur de improbitate inimicorum, innocentiam suam commemorans. 19 Iterum describit inimicos. 22 Magno dolore orat, excitans Deum in auxilium. 27 Exhortatio ad letitiam. 28 Iustitia Dei.

1 Dauidis.

Litiga Iehoua cum litigantibus mecum, pugna cum iis qui pugnant mecum.

2 Apprehende clypeum & scutum, & surge in adiutorium meum.

3 Et educ lanceam & interclude uiam in occursum persequentium me: dic animæ meæ, Salus tua sum.

4 Pudore afficiantur, & erubescant quærentes animam meam: cõuertantur retrorsum, & pudore afficiantur cogitantes malum meum.

5 Sint vt gluma ante vêtum, & angelus Iehouæ impellat eos.

6 Sit via eorum tenebræ & lubricitates, & angelus Iehouæ persequens eos:

B 7 Quoniam sine causa absconderunt mihi foueam retis sui, sine causa foderunt foueam animæ meæ.

8 Veniat ei contritio quam non cognoscit, & rere ipsius quod abscondit, capiat eum, in desolationem ipsam cadat:

9 Anima autem mea exulteret in Iehoua, gaudeat in salute eius.

10 Omnia ossa mea dicent, Iehoua quis sicut tu, eripiens afflictum à fortiori se, & pauperem & egenum à diripiente eum?

11 Insurrexerunt testes mendaces: quæ non noveram, interrogauerunt me:

12 Reddiderunt mihi malum pro bono, sterilitatem animæ meæ.

13 At ego quum ægrotarent ipsi, vestimentum meum erat sacco: affligebam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinum meum reuertebatur.

14 Tanquam amicus, tanquã frater meus esset, sic ambulabam: tanquam lugens matrem, pulchritudo humiliabam me.

15 Sed ipsi in claudicatione mea lætati sunt, & congregauerunt se, congregauerunt se aduersum me claudi, nec sciebam: profciderunt me, & non sulerunt.

16 Congregauerunt se inquam: eum hypocritis & sannatoribus qui indulgent vetrici, frendendo aduersum me dentibus suis.

17 Domine vsquequo videbis? eripe animam meam à desolationibus eorum, à leonibus vnicam meam.

18 Celebrabo te in cœtu magno, in populo fortitudo te.

19 Ne læratur qui inimici mei sunt immerito: neque odio habentes me sine causa, innuat oculos.

20 Quia non pacem loquuntur, & contra humiles terræ verba fraudulenta cogitant.

21 Et dilatauerunt aduersum me os suum: dixerunt, Euge euge, vidit oculus noster.

22 Vidisti Iehoua, ne taceas: Domine ne elonges te à me.

23 Excita te, & euigila ad iudicium meum, Deus mi, & Domine mi ad causam meam.

24 Iudica me secundum iustitiam tuam Iehoua Deus mi, & ne lærentur de me.

25 Ne dicant in corde suo, Euge animæ nostræ: neque dicant, Disperdidimus eum.

26 Pudore afficiantur, & erubescant pariter leti malo meo: induantur pudore & erubescant, magnificantes sese aduersus me.

27 Laudent, & exultent qui volunt iustitiam meam: & dicant semper, Magnificetur Iehoua qui vult pacem serui sui.

28 Et lingua mea loquetur iustitiam tuam, omni die laudem tuam.

PSALM. XXXVI.

1 Impius nullus Dei timor. 6 Misericordia Dei abundantissima, quæ etiam bestiis omnibus prouidet. 11 Misericordia Dei, & iustitiam petit. 13 Impiorum exitus.

1 Victori, serui Iehouæ Dauidis.

2 Dicit preuaricatio impio, in medio cordis mei, Non est pavor Dei ante oculos eius.

3 Quoniam blanditur ei in oculis eius, vt inueniat iniquitatem suam ad odium.

4 Verba oris eius sunt iniquitas & dolus: desit intelligere vt bene agat.

5 Iniquitatem cogitat in cubili suo, stat secus viam non bonam, malum non abiicit.

6 Iehoua vsque ad cætos misericordia tua: veritas tua vsque ad nubes.

7 Iustitia tua sicut montes Dei: iudicia tua, vobis rago multa: hominẽ & animal seruas Iehoua.

8 Quam pretiosa est misericordia tua Deus: & filij hominum in vmbra alarum tuarum sperant.

9 Inebria-

- C 9 Inebriabuntur pinguedine domus tuę, & tor-  
rente deliciarum tuarum potum dabis eis.  
10 Quoniam apud te est vena vitę, & in lumi-  
ne tuo videbimus lumen.  
11 Protrahe misericordiam tuam ad cognoscē-  
tes te, & iustitiam tuam ad rectos corde.  
12 Ne veniat mihi pes superbię, & manus im-  
piorum ne migrare faciat me.  
13 Illuc ceciderunt operarij iniquitatis, impul-  
si sunt, nec potuerunt surgere.

PSALM. XXXVII.

1 Exhortatur pius ne iratur impiorum prosperitate. 3 Delectemur  
in Deo. 5 Negotia in Deum deuoluenda. 7 Repetio prioris  
versus. 9 Male agētes, & Deo fidentes. 12 Quales impij erga  
pios. 15 Piorum & impiorum fors differens. 23 Deus dux &  
rector fidelium. 25 Fideles non derelinquuntur à Deo. 27 Ex-  
hortatio ad opera fidei. 35 Infideles iri sumus. 37 Exhortatio  
ad innocentiam. 38 Impiorum interitus.

Prouerb. 23. b  
17, & 24. d. 1

1 Dauidis.

NE commouere propter malignos, ne  
zelaueris facientes iniquitatem:

2 Quoniam tanquam herba velociter succide-  
tur, & sicut olus germinis decident.

3 Spera in Iehoua, & fac bonum: inhabita ter-  
ram, & pascere veritatem:

4 Et delecta te in Iehoua, & dabit tibi petitio-  
nes cordis tui.

5 Volue super Iehouam viam tuam, & spera  
in eo, & ipse faciet:

6 Et educet sicut lumen, iustitiam tuam: & iu-  
dicia tua sicut meridiem.

7 Tace Iehouę, & spera in eo: ne commouea-  
re propter eum qui prosperatur in via sua, pro-  
pter virum facientem abominationes.

B 8 Define ab ira, & missum fac furorē: ne mi-  
sceas te, veruntamen ad malefaciendum.

9 Quoniam maligni excidentur: at expectan-  
tes Iehouam ipsi in hereditate accipient terram.

10 Et adhuc paululum, & non erit impius: &  
contemplaberis locum eius, & non erit.

Matth. 5. d. 4

11 At humiles hereditate capient terrā, & oble-  
tabuntur multitudine pacis.

12 Cogitat impius contra iustum, & frendit  
aduersus eum dentibus suis.

C 13 Sed Dominus ridet eum: quia videt quod ve-  
nit dies eius.

14 Gladium euaginauerunt impij, & tetende-  
runt arcum suum, vt ruere faciant pauperem  
& inopem, vt iugulent rectos via:

15 Sed gladius eorum ingredietur cor eorum,  
& arcus eorum confringentur.

16 Melius est paululum iusto, quàm diuitię  
impiorum multę.

17 Quia brachia impiorum confringentur: su-  
stentat autem iustos Iehoua.

D 18 Nouit Iehoua dies perfectorum, & heredi-  
tas eorum in seculum erit:

19 Non afficientur pudore in tempore malo, &  
in diebus famis saturabuntur.

20 Quia impij peribunt, & inimici Iehouę  
sicut pretiosum agnorum absumentur, sicut  
fumus deficient.

21 Mutuum accipit impius, & non reddit: sed  
iustus donat, & dat.

22 Quia benedicti ab eo, hereditate accipient  
terram: & maledicti ab eo, excidentur.

E 23 A Iehoua gressus hominis diriguntur, &  
viam eius vult.

24 Quum ceciderit, non prosternetur: quia Ie-  
houa sustentat manum eius.

25 Puer fui, etiam senui, & nō vidi iustum de-  
relictum, nec semen eius quærens panem. *Ecclesiastici 2. c. 15*

26 Omni die donat, & mutuum dat, & semen  
eius est in benedictione.

27 Recede à malo, & fac bonum: & habitabis  
in seculum:

28 Quia Iehoua amat iudicium, & non derelin-  
quit misericordes suos, in seculum custodien-  
tur: semen autem impiorum succidetur. *F*

29 Iusti hereditate accipient terram, & habi-  
tabunt in seculum super eam.

30 Os iusti loquetur sapientiã, & lingua eius  
loquetur iudicium. *Es. 51. c. 9*

31 Lex Dei eius in corde eius, ideo non nuta-  
bunt pedes eius.

32 Speculatur impius iustum, & quærit inte-  
rimere eum:

33 At Iehoua non derelinquet eum in manu  
eius, nec condemnabit eum quum iudicatus  
fuerit ipse.

34 Expecta Iehouam, & custodi viam eius, &  
exaltabit te, vt hereditate capias terram: quū  
succisi fuerint impij, videbis. *G*

35 Vidi impium fortem, & virentem, instar  
lauri viridis:

36 Et transiit, & ecce non fuit: & quęsiui eum,  
& non est inuentus.

37 Obserua perfectum hominem, & vide rectū:  
quia nouissimum tali viro pax.

38 At præuaricantes dissipabuntur pariter: no-  
uissimum impiorum succidetur.

39 Salus verò iustorū à Iehoua: qui fortitudo  
eorum est in tempore angustię:

40 Adiuuatq; eos Iehoua, & eruit eos: eruit eos  
ab impijs, & seruat eos, quia sperauerūt in eo.

PSALM. XXXVIII.

2 Dauid gravissimo morbo laborans, petit afflictionē minui. 4 Vis  
morbi quem propter peccata patiebatur. 12 Deseritur ab amicis  
morbo offensus. 14 Inimicus affligentibus nihil respondet. 19 Ob  
peccatum afflicti. 20 Inimici. 22 Implorat Deum.

1 Psalmus Dauid ad commemorandum.

2 Domine, ne in furore tuo arguas me, nec  
in ira tua corripas me:

3 Quoniam sagittę tuę descenderunt in me,  
& descendit super me manus tua.

4 Non est integrum in carne mea propter irā  
tuam: nō est pax ossibus meis propter pecca-  
tum meum.

5 Quoniam iniquitates meę transferūt caput  
meum: sicut onus graue grauiore fuerūt me:

6 Putruerunt, tabuerunt liuores mei, propter  
stultitiam meam.

7 Incuruus sum, inclinatus sum vehementissi-  
me: omni die pullatus ambulo. *B*

8 Quoniam ilia mea plena sunt ardore: & non  
est integritas in carne mea.

9 Debilitatus sum, & attritus sum vehementif-  
sime, rugio præ fremitu cordis mei.

10 Domine corā te est omne desiderium meū,  
& suspirium meum à te non est absconditum.

11 Cor meum circumit, derelinquit me fortitu-  
do mea, & lumen oculorum meorum, etiam  
ipsi non sunt mecum.

12 Qui diligebant me, & sodales mei à conspe-  
ctu plagę meę stant, & propinqui mei à lon-  
gino stant. *C*

13 Et laqueos tetenderunt quærentes animam  
meam: & quærentes malum meū loquuntur  
prauitates, & dolos omni die meditantur.

14 Ego verò tanquam furdus nō audio, & sicut

mutus qui non aperit os suum:

- 15 Ego inquam sum sicut vir qui non audit, neque sunt in ore eius redargutiones.  
**D** 16 Quia te Iehoua expecto, tu respondebis Domine Deus mi:  
 17 Quia dicebam, Ne forte latentur de me: qui dum declinat pes meus, aduersum me magnificant os suum.  
 18 Quoniam ego ad claudicationem paratus sum, & dolor meus coram me est semper.  
 19 Quoniam iniquitatem meam annuntio, timo propter peccatum meum.  
 20 Et interea inimici mei viuentes roborantur, & multiplicatur qui odio habet me sine causa.  
 21 Et reddentes malum pro bono, aduersantur mihi, eo quod sequor bonum.  
 22 Ne derelinquas me Iehoua: Deus mi ne eloges te à me.  
 23 Festina ad auxilium meum, Domine salutis meæ.

## PSALM. XXXIX.

<sup>2</sup> Ostendit David morbos æquo animo, & sine ulla querimonia ferendos esse. <sup>5</sup> Breuitas & vanitas vite humanæ & se in Deum coniciit. <sup>9</sup> Orat peccata condonari sibi, & afflictionem remitti.

1 Victori ipsi Ieduthun canticum Dauidis.

- 2 **D**ixi, obseruabo vias meas, ne peccem lingua mea: custodiam os meum clausura, quandiu impius fuerit coram me.  
 3 Obmutui silètio, tacui à bono, & dolor meus turbatus est.  
 4 Incaluit cor meum in medio mei, in meditatione mea exarsit ignis, tandem loquutus sum lingua mea:  
 5 Scire fac me Iehoua finem meum, & mensuram dierum meorū quæ sit, sciam quàm temporalis sum.  
**B** 6 Ecce ut palmos posuisti dies meos, & æuum meum tanquam nihil coram te: profecto vniuersa vanitas omnis homo stans. *o*Selah.  
 7 Profecto in imagine ambulat vir, profecto in vanum tumultuantur: congregat, & nescit quis colligit ea.  
 8 Et nunc quid expectaui Domine? spes mea in te est.  
 9 Ab omnibus igitur præuaricationibus meis libera me: opprobrium stulti ne ponas me.  
 10 Quia obmutui, non aperui os meum: quia tu fecisti istud.  
 11 Remoue à me plagam tuam: à bello manus tuæ ego defeci.  
**C** 12 Dum increpationibus propter iniquitatem corripis hominem, & liquefcere facis vt tinea, desiderium eius: profecto vanitas omnis homo. *o*Selah.  
 13 Audi orationem meam Iehoua, & clamorẽ meum auribus percipe, ad lachrymã meam ne vt surdum te exhibeas: quia peregrinus sum apud te, incola vt omnes patres mei.  
 14 Cessa à me, & roborabor, antequam vadam, & non sim.

## PSALM. XL.

<sup>2</sup> Christi & suorum gratiarũ actio pro sui liberatione. <sup>7</sup> Christus hostia pro peccatis nostris. <sup>10</sup> Iustitiã qua peccator iustificatur, & misericordiam predicauit Christus. <sup>12</sup> Christus petit misericordiam & promissionũ adimpletionẽ. <sup>15</sup> Orat contra aduersarios. <sup>17</sup> Exhortatio ad lætitiã. <sup>18</sup> Sollicitus pro suis Deus.

1 Victori ipsius Dauidis canticum.

- 2 **E**xpectãdo expectaui Iehouã, & inclinauit aurem suam mihi, & audiuit clamorẽ meũ,

3 Et ascẽdere fecit me è cisterna sonitus, è luto cœni, & statuit super petram pedes meos, direxit gressus meos.

4 Et posuit in ore meo canticum nouum, laudem Deo nostro: videbunt multi, & timebunt, & sperabunt in Iehoua.

5 Beatus vir ille qui posuit Iehouam spem suã, nec respexit ad superbos, & ad declinantes ad mendacium.

6 Multa fecisti tu Iehoua Deus meus, mirabilia tua: & cogitationes tuas erga nos, nemo est qui ordinare possit tibi: si annuntiare & eloqui uelim, plura sunt quàm vt narrentur. **B**

7 Sacrificium & oblationem noluisti: aures autem fodisti mihi: holocaustum & sacrificium pro peccato non postulasti: **Heb. 10. 4. 5**

8 Tunc dixi, Ecce veni: in volumine libri scriptum est de me.

9 Vt facerem volũtatem tuam Deus mi, volui: & Lex tua in medio viscerum meorum est.

10 Annuntiaui iustitiam in cœtu multo: ecce labia mea non prohibui, Iehoua tu nosti.

11 Iustitiam tuam non abscondi in medio cordis mei: veritatem tuam & salutem tuam dixi: non celauit misericordiam tuam, & veritatem tuam in cœtu multo. **C**

12 Tu ergo Iehoua ne prohibeas misericordias tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper custodiant me.

13 Quoniam circumdederunt me mala innumera, comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui videre: multiplicatæ sunt præ capillis capitis mei, & cor meum dereliquit me.

14 Velis Iehoua ertere me: Iehoua ad auxiliũ mei festina.

15 Pudore afficiantur, & erubescant pariter querentes animam meam, vt perdant eam: auertantur retrorsum, & pudore afficiantur volentes malum meum. **D**

16 Desolentur in mercedem pudoris sui, qui dicunt mihi, Euge, euge.

17 Gaudeant & lætentur in te omnes quærentes te: & dicant semper, Magnificetur Iehoua, qui diligunt salutem tuam.

18 Ego autem pauper sum & egenus, at Iehoua cogitat de me: auxilium meum, & liberator meus es, Deus mi ne tardaueris.

## PSALM. XLI.

<sup>2</sup> Beati qui solliciti sunt de afflictis. <sup>3</sup> Orat Deum vt peccatum auferat & morbum. <sup>4</sup> Christus orat pro peccatis nostris, tanquam suis. <sup>10</sup> Iuda perfidia.

1 Victori cantus Dauidis.

2 **B**eatus qui prospicit pauperi: in die mala liberabit eum Iehoua.

3 Iehoua custodiet eum, & viuificabit eũ: beatus erit in terra, neque trades eum in animam inimicorum eius.

4 Iehoua fulciat eum super lectum doloris, omne cubile eius vertisti in infirmitate eius.

5 Ego dixi, Iehoua miserere mei, sana animam meam: quia peccaui tibi.

6 Inimici mei dicunt malum de me, Quando morietur, & peribit nomen eius? **B**

7 Et si veniebat quispiam ex eis ad visendum, mendacium loquebatur, cor eius congregabat iniquitatem sibi: egressus foras loquebatur.

8 Simul aduersum me murmurabant omnes odio habentes me, aduersum me cogitabant malum mihi.

1047.13. b. 18  
Act. 1.6.16

- 9 Dicebant, Res impietatis adhæret ei: & qui decumbit, non addet ut surgat.  
10 Etiam vir pacis meæ cui fidebam, & qui mæ ducabat panem meum, magnificauit aduersum me calcaneum.  
11 At tu Iehoua miserere mei, & erige me, & reddam eis.  
C 12 In hoc cognoui quod complacuiisti in me, quod non iubilat inimicus meus super me.  
13 Et ego in perfectione mea sustentasti me, & statuisti me coram te semper.  
14 Benedictus Iehoua Deus Israel à seculo & usque in seculum. Amen, & amen.

PSALM. XLII.

2 David regno pulsus à filio Absalom, dolet se abesse à sacro cætu, petitque in integrum restitui. 5 Consolatur se, quod sit unus ex iis quos suscipit Deus. 8 Queritur de succedentibus calamitatibus. 9 Misericordia. 11 Eius ab inimicis afflictio. 12 Excitat se ad sperandam liberationem.

- 1 Victori intelligentia filiis Coran. 2 Vemadmodum cerua clamat ad torrentes aquarum, ita anima mea clamat ad te, Deus.  
3 Sitiuit anima mea ad Deum, ad Deum viuum, dicens, Quando veniam, & apparebo coram Deo?  
4 Fuit mihi lachryma mea panis die ac nocte: dum dicerent mihi omni die, Vbi est Deus tuus?  
B 5 Horum recordabar, & effundebam super me animam meam, quod transibam in numero, incedebam cum eis usque ad domum Dei in voce exultationis & laudis, in multitudine tripudiantem.  
6 Cur deiicis te, anima mea, & personas in me? expecta Deum: quia adhuc confitebor ei propter salutes faciei eius.  
7 Deus mi, in me anima mea deiecta est: propterea quod recordor tui de terra Iarden, & Hermonitarum, à monte paruo.  
8 Vorago voraginem aduocat ad sonitum fistularum tuarum: omnes inundationes tuæ, & fluctus tui super me transierunt.  
C 9 Sic cogito, In die præcipiet Iehoua misericordiam suam, & nocte canticum eius mecum, & oratio Deo vitæ meæ.  
10 Dicam Deo petrae meæ, Ut quid oblitus es mei? ut quid pullatus ambulabo propter oppressionem inimici?  
11 Ut occiso est in ossibus meis, dum probris afficiunt me inimici mei, dicentibus ipsis ad me omni die, Vbi est Deus tuus?  
12 Cur deiecta es anima mea, & cur personas in me? expecta Deum, quia adhuc confitebor ei, quod sis salutes vultus mei, & Deus meus.

PSALM. XLIII.

1 Orat afflictus illuminari cor suum verbo & promissionibus Dei. 5 Erigit se ad sperandam liberationem.

- 1 Iudica me Deus, & litiga litem meam à gente non misericorde, à viro doloso & iniquo eripe me.  
2 Quia tu es Deus fortitudinis meæ: ut quid repulisti me? ut quid pullatus ambulabo propter oppressionem inimici?  
3 Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsæ deducunt me, & introducent me ad montem sanctitatis tuæ, & ad tabernacula tua:  
4 Et introibo ad altare Dei, ad Deum lætitiæ

exultationis meæ: & confitebor tibi in cithara, Deus Deus mi.

- 5 Cur deiecta es anima mea, & cur personas in me? spera in Deo, quoniam adhuc confitebor ei quod sis salutes vultus mei, & Deus meus.

PSALM. XLIIII.

2 Commemoratis Dei beneficiis erga patres, conqueritur apud eum se à Palestinis & aliis tam grauius affligi. 10 In tribulationibus à Deo derelicti, etiam in Deo sperant. 24 Precatur ut virtutem suam tandem exerat, suscipiatque ab iniuriis impiorum afferat.

- 1 Victori filiis Coran. 2 Deus auribus nostris audiuiimus, patres nostri narrauerunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum, in diebus pristinis.  
3 Tu manu tua Gentes expulisti, & plantasti eos: afflixisti populos, & emisisti eos.  
4 Quia non gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos: sed dextera tua, & brachium tuum, & lux vultus tui, quia complacueras tibi in eis.  
5 Tu ipse rex meus, & Deus: præcipe salutes Iayacob.  
6 In te hostes nostros cornu petemus: in nomine tuo conculcabitur inimicos nostros.  
7 Quia non in arcu meo sperabo, & gladius meus non seruabit me:  
8 Sed seruabis nos ab hostibus nostris, & odio habentes nos pudore afficies:  
9 Propterea in Deo laudabimus omni die, & nomini tuo in seculum confitebimur. Sélah.  
10 Nunc autem etiam repulisti, & erubescere fecisti nos, & non egredieris cum exercitibus nostris.  
11 Reuertit fecisti nos retrorsum ab hoste, & odio habentes nos diripuerunt sibi ipsis nostras opes.  
12 Posuisti nos ut pecudes cibi: & in Gentes dispersisti nos:  
13 Vendidisti populum tuum nullis diuitiis, neque multiplicasti rem tuam pretiis eorum.  
14 Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subannationem & derisionem his qui sunt in circuitibus nostris.  
15 Posuisti nos prouerbium in Gentibus, comotionem capitis in populis.  
16 Omni die verecundia mea coram me est, & pudor faciei meæ operit me,  
17 Propter vocem probra iacentis & cõtumeliosus afficientis, propter inimicum & ultorem.  
18 Totum hoc venit nobis, nec tamen oblitus sumus tui, nec mentiti sumus in pacto tuo.  
19 Non vertit se retrorsum cor nostrum, neque declinavit gressus noster de semita tua:  
20 Quum contriuisi nos in loco draconis, & operuisti nos umbra mortis.  
21 Si oblitus essemus nominis Dei nostri, & expãdissemus palmas nostras ad Deum alienum:  
22 Nonne Deus exquireret hoc? quia ipse non abscondita cordis.  
23 Imò propter te occidimur omni die: æstimati sumus ut pecudes ad iugulandum destinatæ.  
24 Euigila, ut quid dormis Domine? expergiscere, ne repellas nos in seculum.  
25 Ut quid faciem tuam abscondis, obliuisceris afflictionis nostræ, & oppressionis nostræ?  
26 Quia incuruauit se usque ad puluerem anima nostra, adhæsit terræ venter noster.  
27 Surge in auxiliū nobis, & redime nos propter misericordiam tuam.

Rom. 8.2.16

*2* Laudat filij Core regē Salomonē à dignitate formæ, & gratia eloquentia, fortitudine, potentia, splendore, & magnificentia cum in se, tum in coniuge, Christum sponsum & Ecclesiam adumbrantibus. *6* Euangelij verbum conuertens corda impiorū. *8* Christus vnus Spiritu sancto in regem & sacerdotē. *11* Spūs fide requirit à sponsa, & abnegationē sui. *14* Opes ac pulchritudines Ecclesiæ. *17* Iudæis Gentes successerūt. *18* Nomen Christi sanctificandū.

*1* Victori super Sowsannim filiorū Coranh, intelligentia, canticum amorum.

*2* **E**Ructat cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi: lingua mea ut stylus scribæ velocis.

*3* Pulcher es admodum præ filiis hominum: diffusa est gratia in labiis tuis: propterea dico quod benedixit tibi Deus in seculum.

*4* Accinge te gladio tuo super femur, & potēs, gloria tua & decore tuo.

*5* Et in decore tuo prosperè age, equita super verbum veritatis, & māsuetudinis & iustitiæ, & tunc docebit te terribilia dextera tua.

*6* Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent: in cor inimicorum regis cadent.

*7* Solium tuum, Deus, in seculum & seculum: virga æquitatis est virga regni tui.

*8* Diligis iustitiam, & odio habes impietate: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo gaudij præ participibus tuis.

*9* Myrrha, & aloe, casia, omnia vestimenta tua ex ædibus eburneis educta, ex quibus lætificauerunt te.

*10* Filia regum inter honorabiles tuas: astat cō iunx ad dexteram tuam in auro Ophir.

*11* Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populi tui, & domus patris tui.

*12* Et concupiscet Rex decorem tuum: quoniā ipse est Dominus tuus, & incurua te ei.

*13* Et filia Tyri cum munere vultum tuum deprecabuntur, diuites populi.

*14* Tota inclyta est filia Regis intrinsecus: ex vestibus auro ocellatis indumentum eius.

*15* In vestib' Phrygionis adducetur Regi: virgines quæ post eam, & proximæ eius adducuntur tibi.

*16* Adducetur cū lætitiis & exultatione, ingredientur palatium Regis

*17* Pro patribus tuis erunt filij tui: constitues eos principes in vniuersa terra.

*18* Memorare faciam nomen tuum in omni generatione & generatione: propterea populi confitebuntur tibi in seculum & perpetuō.

*Gratulatio est pro insigni aliquo auxilio lato vrbi sanctæ Ierusalē. Cōuenit Ecclesiæ quæ Deo præside secura est in periculis. 7* Adversarij fidelium conturbati. *9* Exhortatio, vt facta Dei egregia contemplerur. *11* Adversarios alloquitur Deus.

*1* Victori filiis Coranh super Alamothe canticū.

*2* **D**Eus nobis protectio & fortitudo, auxiliium in angustiis inuenimus abunde.

*3* Propterea non timebimus etiam si permutarit terram, & mouerit montes in cor maris:

*4* Et fremant & turbentur aquæ eius, & contremiscant mōtes propter sublimitatem eius.

*5* Fluminis riui eius exhilarabunt ciuitatem Dei, sanctum habitaculorum Altissimi.

*6* Deus in medio eius, nō commouebitur: adiuuabit eam Deus appetente mane.

*7* Statim ut infremuerunt Gentes, nutauerunt regna: dedit vocem suam, defluxit terra.

*8* Iehoua exercituum nobiscum: arx sublimis

est nobis Deus Iayacob. Selah.

*9* Venite, videte opera Iehouæ, qui posuit solitudines in terra.

*10* Cessare facit bella vsque ad extremū ipsius terræ: arcum conterit, & concidit hastam, plaustra comburit igni.

*11* Cessate, & scitote quod ego sum Deus: exaltabor in Gentibus, exaltabor inquam in terra.

*12* Iehoua exercituum nobiscum: arx sublimis est nobis Deus Iayacob. Selah.

*2* AEdificato templo, & arca in eo reposita, incitat Salomō omnes ad laudandū Deum. *6* Deus pro arca Dei. *10* Gentes cū Abraham collectæ.

*1* Victori filiis Coranh cantus.

*2* **O**Mnes populi plaudite manu, iubilate Deo in voce exultationis:

*3* Quoniam Iehoua altissimus, terribilis, rex magnus super omnem terram.

*4* Ducit populos subtus nos, & nationes subtus pedes nostros.

*5* Selegit nobis hæreditatem nostram, gloriā Iayacob quem dilexit. Selah.

*6* Ascendit Deus cum iubilo: Iehoua cum voce tubæ.

*7* Cantate Deo, cantate: cantate Regi nostro, cantate.

*8* Quoniam rex vniuersæ terræ Deus: canite quotquot intelligitis.

*9* Regnat Deus super Gentes, Deus sedet super thronum suum sanctum.

*10* Principes populorum cōgregati sunt, ut sint populus Dei Abraham: quoniā Dei sunt scuta terræ, vehementer eleuatus est.

*Videtur hic psalmus scriptus ob insignē aliquā vrbi Ierusalem, Deo propugnate, victoriā: sub cuius typo, Ecclesiæ nascentis initium describitur. 5* Cōmotio regū in prædicatione Euangelij. *9* Christus missus iuxta promissionem Patris. *14* Exhortatio ad contemplandam magnificentiam Ecclesiæ.

*1* Canticum psalmi filijs Coranh.

*2* **M**Agnus Iehoua, & laudāus valde in ciuitate Dei nostri, & mōte sancto eius.

*3* Pulcher termino, gaudium vniuersæ terræ mōs rSiion, qui est ad latera Aquilonis, ciuitas Regis magni.

*4* Deus in palatiis eius agnitus est in arcem sublimem.

*5* Quoniam ecce reges congregati sunt, transierunt pariter.

*6* Ipsi viderūt, & sic admirati sunt: territi sunt, & festinauerunt.

*7* Tremor apprehendit eos ibi, dolor tanquā parturientem.

*8* Quasi vento Oriē tali qui cōterit naues Tharsis dissipati sunt:

*9* Sicut audiuius, ita vidimus in ciuitate Iehouæ exercituum, in ciuitate Dei nostri: Deus firmabit eam vsque in seculum. Selah.

*10* Confyderauius Deus misericordiam tuā in medio templi tui.

*11* Secundū nomen tuū, Deus, sic laus tua vsq; ad fines terræ: iustitia plena est dextera tua.

*12* Lætabitur mons rSiion, exultabunt filij Iehudah propter iudicia tua.

*13* Circūdate rSiion, & circuite eam, numerate turrei eius.

*14* Ponite cor vestrū ad antemurale eius, aspici te palatia ei: vt enarretis generationi posterę.

15 Quoniam iste Deus, Deus noster in seculum & perpetuo: ipse deducet nos vsque ad mortē.

PSALM. XLIX.

2 Christus vocat omnes ad audiendum verbum suum. 5 In parabola Christus loquitur. 6 Christus ab auaris impetitus non timet. 8 Christus solus redemptor, non diuitia, aut aliud quicquid. 11 Studium diuitiū & ruina. 15 Diuitum cruciatus, & piorum resurrectio cum Christo. 17 Exhortatio ne diuites metuantur propter diuitias.

1 Victori filiis Coran̄h Psalmus.

2 **A**vdite hoc omnes populi: auscultate omnes habitatores orbis,

3 Etiam vos filij hominum, etiam vos filij viri, pariter diues & pauper.

4 Os meum loquetur sapientias: & meditatio cordis mei intelligentias.

5 Inclinabo ad parabolam aurem meam: aperiam cum cithara ænigma meum.

6 Vt quid timebo in diebus malis, quum iniquitas calcaneorum meorum circumdabit me?

7 Ex illis qui fidunt opibus suis, & in multitudine diuitiarum suarum iactant se,

8 Fratrem redimēdo non redimet quisquam, nec dabit Deo pretium redemptionis eius.

9 Nam pretiosa est redemptio animæ ipsorū: & desinet in seculum,

10 Et quod viuat ultra in seculum, nec videat foueam.

11 Quia quilibet videt quod sapientes moriātur, quodque simul stultus & insipiens pereant, & relinquunt alienis diuitias suas.

12 Interiora eorum quod mansurae sint domus suae in seculū: & tabernacula sua in generatione & generatione: vocauerūt nominib⁹ suis terras.

13 At homo in honore non permanebit: similis est iumentis quae intereunt.

14 Hæc via eorum, nam inest stultitia ipsis: & tamen posteri eorum ore ipsorum ibunt.

15 Sicut pecora, in inferno ponentur, mors pacet eos, & dominabuntur eis recti mane: & figura eorum vt veterascat egredietur ad foueam ab habitaculo quod erat sibi.

16 Verūm Deus redimet animam meam de potestate inferi, quum acceperit me. Selah.

17 Ne timueris quum ditatus fuerit vir, quum multiplicata fuerit gloria domus eius.

18 Nam quum morietur, nō accipiet quicquā, neque descendet post eum gloria eius.

19 Quoniam animæ suae in vita sua benedicet: & laudabunt te quum benefeceris tibi.

20 Introibit vsque in progeniem patrū suorū: qui vsque in seculum non videbunt lumen.

21 Homo in honore, & non intelligit: similis est iumentis quae intereunt.

PSALM. L.

1 De aduentu Christi, Evangelij, exortu, & populi Dei selectione. 7 Fiduciam sacrifictorum reuocat Deus, abolitionem eorum predicans. 14 Vota, quae & laudes. 15 Vt innocetur, exhortatur Deus. 16 Ab impijs iactantibus obseruantiam Legis, non vult Deus verbum suum annuntiare. 22 Exhortatio ad hypocritas. 23 Sacrificium laudis.

1 Cantus ipsi Aofaph.

**D**eus Deorum Iehoua locutus est, & aduocauit terram, ab ortu solis vsq; ad occasum eius.

2 Ex Sion perfectione decoris Deus splenduit.

3 Veniet Deus noster, & non silebit: ignis coram eo vorabit: & in circuitu eius tempestate commouebitur terra vehementer.

4 Aduocabit caelos desuper, & terram, vt iudicet populum suum.

5 Congregate mihi sanctos meos, qui pepigerunt pactum mecum super sacrificio.

6 Et annuntiauerūt caeli iustitiam eius: quoniam Deus iudex est. Selah.

7 Audi populus mi, & loquar: Israel, & testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum.

8 Nō super sacrificia tua arguam te, nec super holocausta tua quod non fuerint corā me semper.

9 Non accipiam e domo tua iuuenium, nec de septis tuis hircos.

10 Quoniam mea est omnis bestia syluae, & animalia pascentia in montibus mille.

11 Noui omne volatile montium: & fera agri mecum est.

12 Si esuriero, non dicam tibi: quia meus est orbis, & plenitudo eius.

13 Nunquid comedā carnem taurorum, & sanguinem hircorum bibam?

14 Immola Deo laudem, & redde Altissimo vota tua.

15 Et inuoca me in die angustiae: eruam te, & honorificabis me.

16 Impio autem dixit Deus, Quid tibi, vt enares statuta mea, & assumes pactum meum in os tuum?

17 Tu verō odisti disciplinam, & proiecisti verba mea post te.

18 Si vides furem, statim curris cum eo: & cum adulteris portio tua est.

19 Os tuum mittis in malum: & lingua tua concinnat dolum.

20 Sedes, & contra fratrem tuum loqueris, contra filium matris tuae das probrum.

21 Hæc fecisti, & tacui: propterea existimasti quod essendo ero sicut tu: sed arguam te, & ordinabo in oculis tuis quicquid fecisti.

22 Intelligite quæ lo hoc, qui obliuiscimini Dei: ne forte rapiam, & non sit qui eruat.

23 Qui sacrificat laudem, honorificabit me: & ponenti viam Dei coram se, ostendā salutē Dei.

PSALM. LI.

1 David agnoscentis suum adulterium, petit vt in misericordia condonet ei Deus peccatum. 7 Depranata natura, etiam a conceptione. 10 Pax a peccatis per Christum. 12 Cor & spiritum suum innovari petit. 13 Spiritum sanctū petit. 16 Petit vt cedat Vria sibi ignoscatur. 18 Sacrificia Deo grata. 20 Ecclesiam Dei predicatione Evangelij edificari orat. 21 Vituli labiorum laudes.

1 Victori psalmus ipsius Dauidis,

2 Quando venit ad eum Nathan propheta, posteaquam intrauerat ad Bath-sababā.

3 **M**iserere mei Deus secundum misericordiam tuam, secundum multitudinem miserationum tuarum dele praeuaricationes meas.

4 Multiplica lauare me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me:

5 (Quoniam praeuaricationes meas ego agnosco, & peccatum meum coram me est semper.

6 Tibi, tibi soli peccaui, & malū in oculis tuis feci: vt iustificeris dum loqueris, & sis purus dum iudicas.

7 Ecce, in iniquitate genitus sum, & in peccato calefacta est de me mater mea.

8 Ecce, veritatem voluisti in renibus: & in occulto sapientiam scire fecisti me.

9 Purifica me hyssopo, & mundabor: laua me, & prae nitē dealbabor.

Matt. 13. e. 35  
Psal. 77. d. 2

Psal. 23. d. 2  
C

D. 22. m. 2. 1

Iob 27. d. 19

1. Samuel. 12.  
d. 1

Rom. 3. d. 4

B

Leui. 14. d. 6

Num. 19. d. 4

- 10 Audire fac me gaudium & letitiam: & exultent ossa quae contriuiisti.  
 11 Absconde faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.  
 C 12 Cor mundum crea mihi Deus: & Spiritum rectum innoua in visceribus meis.  
 13 Ne proicias me à facie tua, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.  
 14 Redde mihi gaudium salutis tuae, & Spiritus voluntarius confirmet me.  
 15 Docebo prauaricatores vias tuas, & peccatores ad te conuerterentur.  
 16 Erue me de sanguinibus Deus Deus salutis meae, & predicabit lingua mea iustitiam tuam.  
 D 17 Domine labia mea aperi, & os meum annuntiabit laudem tuam.  
 18 Quoniam non vis sacrificium, & dedissem: holocaustum non vis.  
 19 Sacrificia Dei, spiritus contritus: cor contritum & contractum, Deus, non despicies.  
 20 Benefac in voluntate tua ipsi Sion, aedifices muros Ierusalem.  
 21 Tunc voles sacrificia iustitiae, holocaustum, & oblationem: tunc offerent super altare tuum vitulos.

## P S A L M. LII.

3 Describit David peruersum animum Doeg, & omnium impiorum.  
 7 Interitus Doeg. 8 Impiorum lapsus, eruditio est piis vt Deo fiant.  
 10 Pii in misericordia Dei fidunt. 11 Gratiarum actio.

- 1 Victori intellectus ipsius Davidis,  
 2 Quum venisset Doeg Edomaeus, & nuntiasset ipsi Sauli, & dixisset ei, Venit David in domum Achimelech.  
 3 **C**Ur iactas te de malicia, o potens? misericordia Dei omni die.  
 4 Contritiones cogitat lingua tua, sicut nouacula acuta faciens dolorem.  
 5 Diligis malum potius quam bonum: mendacium potius quam loqui iustitiam. **S**elah.  
 6 Diligis omnia verba perditionis, linguam dolosam.  
 B 7 Etiam Deus destruet te in aeternum: tollet te, & euellet te à tabernaculo, & eradicabit te à terra viventium. **S**elah.  
 8 Et videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, dicentes,  
 9 Ecce vir qui non posuit Deum fortitudinem suam: sed fidit multitudini diuitiarum suarum, roboratus est in prauitate sua.  
 10 Ego autem ero sicut olea viridis in domo Dei: speraui in misericordia Dei in seculum, & seculum.  
 11 Celebrabo te in seculum, quoniam facturus es: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est coram misericordibus tuis.

## P S A L M. LIII.

Quales sint infideles. Vide eadem & Psal. 14.

- 1 Victori super Marhalath intelligentia ipsius Davidis.  
 2 **D**ixit stultus in corde suo, Non est Deus: corruperunt viam suam, & abominabile fecerunt iniquitatem: non est qui faciat bonum.  
 3 Deus à caelo prospexit super filios hominum, vt videat an sit intelligens, & requirens Deum.  
 4 Omnes ipsi retrocesserunt, pariter foetidi sunt: non est qui faciat bonum, non est etiam vnus.  
 5 An non cognouerunt omnes operantes iniquitatem, comedentes populum meum ac si co-

- mederent panem, & Deum non inuocant?  
 6 Ibi timebunt timore, ubi non fuerit timor: quoniam Deus dispersit ossa castrametantis contra te: pudore affecisti illos, quoniam Deus spreuit eos.  
 7 Quis dabit ex Sion salutes Israel? quum conuerterit Deus captiuitatem populi sui, exultabit Iayacob, laetabitur Israel.

## P S A L M. LIIII.

3 Implorat Deum contra Ziphæorum insidias. 6 Auxiliu Dei praesens, vnde illi gratias agit. 8 Agnitio beneficii accepti.

- 1 Victori in Neginoth, intelligentia ipsius Davidis,  
 2 Quum venissent Ziphæi, & dixissent ad Saul, Nonne David absconditus est apud nos? 1. Re. 23. c. 19, 26. d. 2.  
 3 **D**eus in nomine tuo saluum me fac, & in fortitudine tua iudica me.  
 4 Deus, audi orationem meam, ausculta sermones oris mei.  
 5 Quonia alieni insurrexerunt aduersum me, & formidabiles quærun animam meam, non posuerunt Deum coram se. **S**elah.  
 6 Ecce, Deus auxiliatur mihi, Dominus est inter sustentatores animae meae.  
 7 Reddet malum istud inimicis meis: in veritate tua succide illos.  
 8 Voluntarie sacrificabo tibi: celebrabo nomen tuum Iehoua, quoniam bonum est.  
 9 Quoniam ex omni angustia eruit me, & in hostibus meis quod uolui vidit oculus meus.

## P S A L M. LV.

Petit David à Deo vt liberetur à coniuratione Absalom. 2. Sam. 15. 16. Christus autem ab inimicis. 7 Fugiens Iudeos, orat contra eos. 11 Consilia inimicorum frangi postulat. 13 Conqueritur de Iuda domestico proditore. 18 Exauditur. 23 Cura rerum omnium in Deum reuocanda. 24 Impiorum interitus.

- 1 Victori in Neginoth, intelligentia ipsius Davidis.  
 2 **A**vibus percipe Deus orationem meam, & ne abscondas te à deprecatione mea.  
 3 Intende mihi, & exaudi me: nam clamo in sermone meo, & tumultuor.  
 4 A voce inimici, & à facie angustiae impiorum: quoniam conuiciunt super me mendacium, & in furore aduersantur mihi.  
 5 Propterea cor meum dolet in medio meo, & terrores mortis ceciderunt super me.  
 6 Timor & tremor venit super me: & operuit me tremor.  
 7 Et dixi, Quis dabit mihi alas sicut columbae? auolare, & requiescerem.  
 8 Ecce elongarem fugam, commorarer in deserto. **S**elah.  
 9 Festinarem eruere me à vento qui excitatur à turbine. B  
 10 Perde Domine, diuide linguam eorum: quonia vidi violentiam, & contentionem in ciuitate.  
 11 Die ac nocte circūdant eam super muros eius, & iniquitas & peruersitas est in medio eius.  
 12 Prauitates sunt in medio eius: & non recedit à platea eius fraus & dolus.  
 13 Neque enim inimicus probri affecit me, aliqui sustinuissem, neque odio habes me, aduersum me magnificauit os suum, abscondissem enim me ab eo.  
 14 Sed tu homo iuxta aestimationem meam, dux meus, & notus meus, C  
 15 Qui simul dulciter comunicabamus secretum, in domo Dei ambulabamus in societate.

- 16 Exigat debitum mors ab eis, descendant in infernum viuentes: quia mala sunt in societate eorum, in medio eorum.
- 17 Ego autem ad Deum clamabo, & Iehoua seruabit me.
- 18 Vespere, & mane, & meridie loquor & tumultuor, & exaudiuit vocem meam.
- 19 Redemit in pace animam meam à bello quod erat contra me: quoniam multi erant mecum.
- D 20 Audiet Deus, & affliget eos: & manes ab initio, Selah: quibus non sunt mutationes, nec timent Deum.
- 21 Misit manum suam in eos qui pacifici erant cum eo: polluit pactum suum.
- 22 Leniora sunt magis quam butyrum uerba oris eius, at praelium in corde eius: leniora uerba eius plusquam oleum, & ipsa sunt gladij.
- 23 Proiice super Iehouam pondus tuum, & ipse sustentabit te: non dabit in seculum nutationem iusto.
- 24 Tu autem Deus descendere facies eos in puteum foueae, viri sanguinarij & dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem fidam tibi.

Matt. 6. d. 25  
Luc. 12. c. 22  
1. Petr. 5. b. 7

PSALM. LVII.

2 Orat ut à periculo presentissimo liberetur, Saulis & assentatorum eius dolos & vim apud Deum accusans. 13 Vota sua, quae vocat laudem, Deo reddit, laudans eum.

1. Samuel. 21. d. 11

- 1 Victori super columbam mutam in remotis, ipsius Dauidis ad Michtham, quum comprehendissent eum Pelisthim in Gath.
- 2 Misere mei Deus: quoniam absorbere voluit me homo, quotidie bellans opprimit me.
- 3 Absorbere voluerunt me inimici mei omni die: quoniam multi pugnantes aduersum me, o Excelsa.
- 4 Die quo timebo, ego tibi fidam.
- B 5 In Deo laudabo verbum eius: Deo fida, non timebo quid faciat caro mihi.
- 6 Tota die uerba mea dolore afficiunt me: aduersum me sunt omnes cogitationes eorum in malum.
- 7 Congregantur, delitescunt, ipsi vestigia mea obseruant, dum expectant animam meam.
- 8 Propter iniquitatem euasio erit eis: in furore populos deice, Deus.
- 9 Migrationes meas numerasti, pone lachrymas meas in utero tuo: nonne in libro tuo sunt?
- C 10 Tunc conuertentur inimici mei retrorsum, in die qua clamabo: in hoc cognoscam quod Deus pro me est.
- 11 In Deo laudabo verbum eius, in Iehoua laudabo verbum.
- 12 Deo fido, non timebo quid faciat homo mihi.
- 13 Super me Deus sunt vota tua: reddam laudes tibi.
- 14 Quoniam eripuisti animam meam à morte: nonne & pedes meos à lapsu, ut ambulem coram Deo in lumine uiuentium?

PSALM. LVIII.

8 Bene confirmatus & affectus laudes canit.

1. Samuel. 22. d. 1, & 24. d. 4

- 1 Victori, Ne disperdas, ipsius Dauidis Michtham, quando fugit à facie Saul in spelunca.
- 2 Misere mei Deus, misere mei, quoniam in te sperat anima mea, & in umbra alarum tuarum spero, donec transierit contritio.

- 3 Clamabo ad Deum altissimum, ad Deum retribuentem mihi.
- 4 Mittere celo, & seruabit me à probro deglutire volentis me. Selah. mittere Deus misericordiam suam, & veritatem suam.
- 5 Anima mea est inter leones, iaceo inter uentres: inter filios hominum quorum dentes sunt ut lancea & sagittae, & lingua eorum gladius acutus.
- 6 Exalta te super caelos Deus, super omnem terram gloria tua.
- 7 Rete parauerunt gressibus meis: incuruauit ille animam meam: foderunt ante me foueam, ceciderunt in medium eius. Selah.
- 8 Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psallam.
- 9 Exurge gloria mea, exurge nebul & cithara: exurgam diluculo.
- 10 Celebrabo te in populis, Domine, & cantam tibi in gentibus:
- 11 Quoniam magna est usque ad caelos misericordia tua, & usque ad nubes ueritas tua.
- 12 Exalta te super caelos Deus, super omnem terram gloria tua.

B  
C

PSALM. LVIII.

2 Malitiam assentatorum Saulis & inimicorum Christi describit. 7 Praedicat exitum eorum, uindictamque precatur. 11 Laetitiam iustorum uidentium poenam impiorum.

- 1 Victori, Ne disperdas, ipsius Dauidis Michtham.
- 2 Num uere, o congregatio, iustitiam loquimini, aequitates iudicatis filij hominum?
- 3 Quin potius in corde iniquitates operamini: in terra uolentiam manuum uestrarum appetitis.
- 4 Abalienati sunt impij à uulua, errauerunt ab utero, loquentes mendacium.
- 5 Venenum est illis instar ueneni serpentis, sicut aspidis surdae quae obturat aurem suam,
- 6 Quae non audit uocem incantantium, incantantis incantationem periti.
- 7 Deus conterere dentes eorum in ore ipsorum: molares caruorum leonum confringe, Iehoua.
- 8 Colliquefcent sicut aquae, & abeat sibi ipsis: intendat quisque eorum sagittas suas, sed sint acies essent excisae.
- 9 Sicut limax quae liquefcit, abeat quisque eorum, sicut abortiuum mulieris, ne videant sole.
- 10 Antequam sentiant lebetes uestri ignem rhani: sicut caro cruda, sic ira ut turbo perdat eum.
- 11 Laetabitur iustus quum uiderit uindictam: pedes suos lauabit in sanguine impij.
- 12 Et dicet homo, Verè est fructus iusto: utique est Deus iudicans in terra.

PSALM. LIX.

2 Dauid proximus periculo, opem petit à Deo, uolentiam inimicorum declarat, & suam innocentiam. 7 Studium inimicorum in obsidenda domo sua. 9 Reicit se in Deum certus de auxilio. 12 Orat inimicos opprimi paulatim. 15 Iterum ostendit studium inimicorum in obsidenda domo sua. 17 Laudes Deo pro uictoria.

- 1 Victori, Ne disperdas, ipsius Dauidis Michtham, quum misisset Saul ut obseruarent domum ut interficerent eum.
- 2 Eripe me ab inimicis meis Deus mi, ab insurgentibus contra me extolle me.
- 3 Eripe me ab operariis iniquis, & à uiris sanguinum serua me.
- 4 Quia ecce insidiantur animae meae, congregati sunt aduersum me fortes absque prauaricatione mea, & absque peccato meo Iehoua.
- 5 Absque iniquitate mea accurrerunt, & parauerunt se: suscita te in occursum meum, & uide.
- 6 Et

B

- 6 Et tu Iohoua Deus exercituum, Deus Isra-  
el, euigila ad visitandum omnes gentes: neq;  
misereris omnium præuaricatorum iniquo-  
rum. Selah.
- 7 Reuertuntur ad vesperam, latrant vt canis,  
& circumeunt ciuitatem.
- 8 Ecce, loquuntur ore suo, gladij sunt in labiis  
eorum: quoniam dicunt, Quis audit?
- 9 Tu autem Iehoua deridebis eos, subsanna-  
bis omnes gentes.
- C 10 Fortitudinem eius tibi reseruabo: quoniam  
Deus eleuatio mea est.
- 11 Deus misericordiæ meæ præueniet me: Deus  
videre faciet me optata in inimicis meis.
- 12 Ne occidas eos, ne forte obliuiscatur popu-  
lus meus: vagari fac eos fortitudine tua, & de-  
pone eos, clypeus noster Iehoua:
- 13 Propter peccatum oris eorum, propter verbum  
labiorum ipsorum: & capiatur propter super-  
biam suam, & ob execrationem & mendaciū  
eorum quod narrant.
- 14 Consume in furore, consume, & non sint: &  
sciant quod Deus dominatur in Iayacob, & fi-  
nibus terræ. Selah.
- D 15 Et reuertentur ad vesperam, latrabunt vt ca-  
nis, & circumibunt ciuitatem.
- 16 Ipsi vagabuntur vt comedant: si non fuerint  
saturati, murmurabunt.
- 17 Ego autem cantabo fortitudinem tuam, &  
laudabo mane misericordiam tuam: quia fui-  
sti eleuatio mihi, & refugium in die angustiae  
meæ.
- 18 Fortitudo mea, tibi cantabo: quia Deus ele-  
uatio mea, Deus misericordiæ meæ.

## P S A L M. LX.

3 Gratiarum actio est pro victoria quam contulit ei Dominus contra  
fortissimos hostes Syros. 4 Punit Deus aliquando populum ob  
peccata: at conuersus, versis vicibus liberat. 8 Memor David  
quod & Israelem & exterarum nationes ei subiecisset, de victoria spem  
concepit. 13 Precatio pro victoria, & quare.

- 1 Victori super *Susān* *veduth*, Michtham  
ipsius Dauidis ad docendum.
- 2 Quum bellum gereret contra Aram Naha-  
raim, & contra Aram *Sobah*: & quum reuersus  
est Ioab, & percussit Edom in Valle-falis duo-  
decim millia.
- 3 Deus proiecisti nos, dissipasti nos, iratus  
es: proinde reuertere ad nos.
- 4 Tremere fecisti terram, scidisti eam: sana fra-  
cturas eius, quia nutat.
- 5 Videre fecisti populum tuum dura, propina-  
sti nobis vinum soporiferum.
- 6 At dedisti metuentibus te vexillum, ad ele-  
uandum propter veritatem. Selah.
- B 7 Vt liberentur dilecti tui: saluum fac dextera  
tua, & exaudi me.
- 8 Deus loquutus est per Sanctitatem suā, unde  
lætabor, quod diuidam *Sechem*, & vallem  
*Succhoth* metiar.
- 9 Meus erit *Gilyad*, & meus erit *Menasséh*,  
& *Ephraim* fortitudo capitis mei, *Iehudah* le-  
gifer meus.
- 10 Moab olla ablutionis meæ: super Edom pro-  
iciam calceamentum meum, super me *Pelé-*  
*seth* iubila.
- C 11 Quis deducet me ad ciuitatem munitam?  
quis deducet me vsque ad Edom?
- 12 Nonne tu, Deus, qui proieceras nos, & non  
egrediebaris, Deus, cum exercitibus nostris?

1. Samu. 8. d. 1  
& 10. d. 1.  
1. Para. 18. d. 1

- 13 Da nobis auxilium de angustia: nam men-  
dax salus hominis.
- 14 In Deo faciemus militiam, & ipse concul-  
cabit inimicos nostros.

## P S A L M. LXI.

Oratio est qua petit liberari à grauibus periculis, & se gratum fore  
pollicetur. 7 Regnū Dauidis, regnū Christi permanens. 9 Vo-  
ta gratiarum actionis.

- 1 Victori super *Neginath*, ipsius Dauidis.
- 2 **A** Vdi Deus clamorem meum, intende  
orationi meæ.
- 3 Ab extremo Terræ ad te clamabo, dum in  
mœore est cor meum: ad petram quæ celsior  
est me, deduc me.
- 4 Quia fuisti spes mihi, & turris fortitudinis  
à facie inimici.
- 5 Habitabo in tabernaculo tuo in secula, spe-  
rabo in abscondito alarum tuarum. Selah.
- 6 Quoniam tu Deus audisti vota mea: dedisti  
hæreditatem timentium nomen tuum.
- 7 Dies super dies regis adicies, & erunt anni  
eius vt generatio & generatio.
- 8 Habitabit in seculum coram Deo: misericor-  
diam & veritatem præpara quæ conferuent  
eum.
- 9 Sic canam nomini tuo in seculum, vt reddā  
vota mea de die in diem.

## P S A L M. LXII.

2 David proicit se in Deum in aduersis, à quo solo auxilium expe-  
ctat. 4 Audacter compellat improbos. 6 Rursum se Deo fidere  
ostendit. 9 Ad sperandum in Deo exhortatio. 10 Vanitas ho-  
mo. 11 Iniquitas. Rapina. Diuitia. 12 Potentia & misere-  
cordia Deo.

- 1 Victori ipsi *Ieduthū* psalmus ipsius Dauidis.
- 2 **T** Antum Deo silet anima mea: nam ab ipso  
salus mea.
- 3 Tantum ipse est petra mea, & salus mea, ele-  
uatio mea, non labascam multo lapsu.
- 4 Vsquequo cogitabitis praua contra vnū-  
quenque? interficiemini vniuersi vos, eritis tan-  
quam paries inclinatus, & maceria impulsā.
- 5 Tantummodo à magnitudine ipsius Dei cō-  
sultant repellere alter alterum: diligens mendaci-  
um: ore suo benedicunt, & in intimo suo ma-  
ledicunt. Selah.
- 6 Tantum Deo tace anima mea: quoniam ab  
ipso est quod præstolor.
- 7 Tantum ipse est petra mea & salus mea: ele-  
uatio mea, non nutabo.
- 8 In Deo est salus mea, & gloria mea, robur  
fortitudinis meæ, & spes mea in Deo est.
- 9 Sperate in eo omni tempore o populi, effun-  
dite coram illo cor vestrum: Deus est spes no-  
stra. Selah.
- 10 Tantum vanitas sunt filij hominum: men-  
daciū, filij viri: in stateras si ascendant ipsi,  
leutores erunt vanitate simul.
- 11 Ne fidatis calumniæ & rapinæ, neque eua-  
nesceatis: substantia si multiplicetur, ne ponat-  
is cor.
- 12 Semel loquutus est Deus, bis hoc audiui,  
quod fortitudo est Deo:
- 13 Et quod tibi Domine misericordia, quia tu  
reddis vnicique secundum opus suum.

## P S A L M. LXIII.

2 Exul David magnum habet desiderium redeundi ad sacrum coetiv,  
quo astuans petit restituere à Deo.

- 1 Cantus ipsius Dauidis quum esset in deser-  
to *Iehudah*.

Mat. 16. d. 27  
Rom. 2. a. 6  
1. Cor. 3. b. 8  
Galat. 6. b. 5

1. Samu. 23. b.  
14

- 2** Deus Deus meus es, quæro te mane, sicut te anima mea, desiderat te caro mea in terra deserti, & sitibunda, in qua non est aqua.
- 3** Sic ut in Sanctitate vidi te, ut videam fortitudinem tuam & gloriam tuam.
- 4** Quoniam melior est misericordia tua quam vita: propterea labia mea laudabunt te:
- B 5** Sic benedicam tibi in vita mea: in nomine tuo leuabo manus meas.
- 6** Sicut adipe & pinguedine saturatur anima mea, & labijs iubilationum laudat te os meum:
- 7** Quum recordor tui in cubilibus meis, & in vigilijs meditor de te.
- 8** Quia fuisti auxilium mihi, & in umbra alarum tuarum exultor.
- C 9** Adhæsit anima mea tibi, me sustentat dextera tua.
- 10** Ipsi autem qui ad desolationem quæruunt animam meam, introibunt in inferiora terræ:
- 11** Occident eum gladio, pars vulpium erunt.
- 12** Rex uero lætabitur in Deo, gloriabitur omnis qui iurat per eum: quia obstruetur os loquentium mendacium.

P S A L M. LXIII.

**2** Orat aduersus falsas linguas, quæ eum iniquè accusabant. **4** Delatorum ingenium. **9** Ruina illorum.

- 1** Victori cantus ipsius Davidis.
- 2** Audi Deus vocem meam in oratione mea, à timore inimici custodi vitam meam.
- 3** Absconde me à secreto malignorum, à congregatione operantium iniquitatem:
- 4** Qui acuerunt ut gladium linguam suam: tenderunt sagittam suam, verbum amarum:
- 5** Ut iaculentur in absconditis in integrum, subito sagittas iaciunt in eum, & non timent.
- 6** Corroborat sibiipsis verbum nequam, narrant de abscondendis laqueis: dicunt, Quis videbit eos?
- B 7** Scrutantur iniquitates, perficiunt scrutinium scrutatum, & intimum vniuscuiusque, & cor profundum.
- 8** Et iaculatus est in eos Deus sagittam subito: mox fuerunt plagæ eorum.
- 9** Et impingere fecerunt in semetipsos ipsam linguam suam, fugient omnes videntes eos.
- 10** Et timebunt omnes homines, & annuntiabunt opus Dei, & opus eius intelligent.
- 11** Lætabitur iustus in Iehoua, & sperabit in eo: & gloriabuntur omnes recti corde.

P S A L M. LXV.

**2** Gratiarum actio est: continens laudes diuinas ob præstita beneficia populo, cum antea fuisset penuria rerum oppressus ob peccata. **2. Sam. 4. 1.** **10** De annis fertilibus.

- 1** Victori psalmus ipsius Davidis, canticum.
- 2** Te expectat laus Deus in Sion, & tibi reddetur votum.
- 3** Audis orationem, ad te omnis caro veniet.
- 4** Res iniquæ præualuerant mihi, & præuariationibus nostris tu propitiaberis.
- 5** Beatus quem elegeris, & appropinquare feceris tibi, ut habitet in atrijs tuis: saturabimur bono domus tuæ, loco sanctiore templi tui.
- B 6** In terribilibus miraculis in iustitia exaudies nos, Deus salutis nostræ: spes omnium finium terræ, & insularum maris distantium.
- 7** Qui firmat montes potentia sua, qui accinctus est fortitudine.
- 8** Qui compefcit sonitum marium, sonitum

- fluctuum eorum, & strepitum gentium.
- 9** Et timent habitatores finium terre à signis tuis: ob exitus matutini & vespere exultare facis.
- 10** Visitas terram pluuiam, postquam desiderare fecisti eam, plurimum locupletas eam: riuus Dei repletus est aquis: præparas frumentum eorum, quia sic præparas eam.
- 11** Liras eius inebrias, descendere facis pluuiam in sulcos eius, imbribus liquefacis eam, gemini eius benedicis.
- 12** Coronas annum bono tuo, & semitæ tuæ stillant pinguedinem.
- 13** Stillant super habitacula pastorum deserti, & exultatione colles accinguntur.
- 14** Induerunt se pascua pecudibus, & valles operuerunt se frumento, unde clamant, etiam canunt.

P S A L M. LXVI.

**1** Prouocat omnes ad laudandum Deum, & ad consideranda eius opera. **7** Potentia Dei impijs formidanda. **8** Excitat populos ad laudandum, qui eos liberavit ex afflictionibus ab ipso profectis. **13** Sacrificia pro gratiarum actione. **16** Narrat ut fuerit exauditus.

**1** Victori canticum psalmi.

- 1** Iubilare Deo omnis terra.
- 2** Cantate gloriam nominis eius: ponite gloriam laudem eius.
- 3** Dicite Deo, Quam terribilia sunt opera tua: propter magnitudinem fortitudinis tuæ mentientur tibi inimici tui.
- 4** Omnes habitatores terræ incuruabunt se tibi, & psallent tibi, psallent nomini tuo. Selah.
- 5** Venite, & videte opera Dei: terribilis opere super filios hominum.
- 6** Conuertit mare in aridam: per flumen tranfierunt pede, ibi lætati sumus in ipso.
- 7** Dominatur fortitudine sua in seculum, oculi eius Gentes speculantur: rebelles non exaltabunt sese. Selah.
- 8** Benedicite populi Deo nostro, & audire facite vocem laudis eius:
- 9** Qui posuit animam nostram in vitam, & non permisit ut declinaret pes noster.
- 10** Quoniam probasti nos Deus, constasti nos sicut conflatur argentum.
- 11** Induxeras nos in rete, posueras angustiam in lumbis nostris:
- 12** Imposueras hominē super caput nostrum, ingressi eramus ignem & aquam: & eduxisti nos in terram irriguam.
- 13** Ingrediar domum tuam in holocaustis, & reddam tibi vota mea,
- 14** Quæ vouerunt labia mea, & loquutum est os meum dum esset angustia mihi:
- 15** Holocausta agnorum pinguium offeram tibi, cum suffitu arietum: faciam boues cum hircis. Selah.
- 16** Venite, audite, & narrabo (omnes timentes Deum.) quæ fecit animæ meæ.
- 17** Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltatus est lingua mea.
- 18** Iniquitatem si spectassem in corde meo, non exaudiuisset Dominus.
- 19** Sed exaudiuit Deus, attendit voci orationis meæ.
- 20** Benedictus Deus qui non amouit a conspectu suo orationem meam, & misericordiam suam à me.

## PSALM. LXVII.

*2 Orat totius populi nomine, ut regnum Dei quam latissime inter ipsos propagetur, imò per uniuersum mundum.*

**1** Victori in Neginoth psalmus cantici.

**2** Deus misereatur nostri, & benedicat nobis, lucere faciat vultu suum nobiscum, Selah:

**3** Ut cognoscant in terra viam tuam, & in omnibus gentibus salutem tuam.

**4** Tunc celebrabunt te populi Deus, celebrabunt te populi omnes.

**5** Lætabuntur, & ouabunt gentes: quoniam iudicabis populos in æquitate, & gentes in terra duces. Selah.

**6** Celebrabunt te populi Deus, celebrabunt te populi omnes.

**7** Tunc terra dabit fructu suum: benedicet nobis Deus Deus noster.

**8** Benedicet nobis Deus: & tunc metuent eum omnes fines terræ.

## PSALM. LXVIII.

*2 Gratiarum actio pro victorijs quas contulit Deus Davidi contra hostes potētissimos & ferocissimos, quales erāt Ammonitæ. 5 Exhortatio ad laudandum Deum, & quare. 8 Exitus ex Aegypto. 16 Deus habitans in Sion, à quo victoria, 19 Inimici subiecti Davidi, qui figura erat Christi. 25 Pompa triumphi populi pro victoria: & qui erāt in eo triumpho. 29 Victoria Dei est. 30 Populi subiecti Davidi, id est Christo.*

**1** Victori Davidis psalmus cantici.

Numeri, 10,  
d. 35.

**2** Exurgat Deus, & dispergentur inimici eius, & fugient qui odio habent eum, à facie eius:

**3** Sicut propellitur fumus, propelles eos: sicut liquefcit cera à facie ignis, sic peribunt impij à facie Dei.

**4** Iusti autem lætabuntur, & exultabunt coram Deo, & gestient præ lætitia.

**5** Cantate Deo, psallite nomini eius, exaltate eum qui equitat super cælos, in Iah nomen eius, & exultate coram eo.

**6** Pater est pupillarum, & iudex viduarum: Deus ille qui presidet in habitaculo Sanctitatis suæ.

**7** Deus habitare facit vnicos in domo: educit vnctos compedibus: rebelles autem habitant in siticuloso loco.

**8** Deus quum egredereris coram populo tuo, quum incederes per desertum, Selah:

**9** Terra tremuit, etiã cæli distillauerunt à facie Dei: iste Sinai tremuit à facie Dei, qui est Deus Iahraelis.

**B 10** Pluuiam abundantem eleuabas Deus super hæreditatem tuam: & si fatigata fuit, tu confirmasti eam.

**11** Congregatio tua habitat in ea, preparas bonitatem tuam pauperi Deus.

**12** Dominus dedit sermonem: earum quæ nuntiabant exercitus magnus erat.

**13** Reges exercituum fugerunt, fugerunt: & habitatrix domus diuisit spolia.

**14** Si dormieritis inter tripodes, eritis sicut penæ columbæ quæ tecta est argento, & cuius alæ sunt uelut tectæ flauo auro.

**15** Quum dissipauit Omnipotens reges in ea, alba facta est velut nix in Salmon.

**16** Mons Dei est ut mons Bawfan: mons excelsus, ut mons Bawfan.

**17** Ut quid exilitis montes excelsi? mons ille est quem desiderauit Deus inhabitare, certe Iehoua hunc inhabitabit in seculum.

**18** Currus Dei, viginti milia, milia Angelorum: Dominus inter eos, sicut in Sinai in Sanctitate.

**19** Accendisti in altum, captiuam duxisti captiuitate, accepisti dona in hominibus: & etiam rebelles, ut inhabitent in tabernaculo Iah Dei. **C** Eph. 4. b. 8.

**20** Benedictus Dominus qui quotidie confert nobis bona, & Deus salus nostra. Selah.

**21** Deus, nobis est Deus in salutes: & Iehouæ Domino ad mortem sunt exitus.

**22** Veruntamen Deus transfiget caput inimicorum suorum, & verticem capilli ambulantis in delictis suis.

**23** Dixit Dominus, Ex Bawfan reducã meos, reducã de profundis maris:

**24** Ut rubescat pes tuus sanguine, & lingua canum tuorum, sanguine dico inimicorũ, & ipsius.

**25** Viderunt incessus tuos Deus, incessus Dei mei, & Regis mei qui est in Sanctitate.

**26** Præcedebant catores, post pulsantes musica instrumeta: in medio, puellæ tympanistrigæ.

**27** In cõgregationibus benedicite Deo, & Domino, uos qui estis ex vena Iahrael.

**28** Ibi erat Biniamin paruulus, dominator eorum, & principes Iehudah congregatio eorũ, principes Zebulun, principes Naphthali. **D**

**29** Præcepit Deus tuus fortitudinem tuam: roborã deus, hoc quod operatus es nobis.

**30** A templo tuo quod est in Ierusalem, tibi offerent reges munera.

**31** Disperdidit congregationem calami, congregationem taurorum cum vitulis populorum, quisque eorum conculcatus cum fragmentis argenteis: disperfit populos qui bella volunt.

**32** Veniẽt magni principes ex Aegypto, Æthiopia currere faciet manus suas Deo. **E**

**33** Regna terræ cantate Deo, canite Domino, Selah:

**34** Equitanti super cælos cælorum antiquitatis: ecce edit in voce sua vocem fortitudinis.

**35** Date fortitudinem Deo: super Iahrael magnificentia eius, & fortitudo eius in cælis.

**36** Terribilis es Deus à Sanctuarijs tuis: Deus Iahrael ipse dat fortitudinem & roborã populo: benedictus Deus.

## PSALM. LXIX.

*2 David typus Christi, conqueritur de afflictionibus quas à populo suo, pro eoq; patiebatur. 5 Propter peccata nostra patitur Christus. 7 Precatur ne ob afflictiones suas auertantur fideles à se. 11 Christus satisfactio pro peccatis. 12 Irisiones Christo factæ. 14 Non cessat orare in angustijs. 21 Nemo illum consolatur. 23 Iudæorum ruina ob cõtemptum Christum. 31 Laudat Christus Patrem, quod cruce glorificatus sit. 33 Exhortatio ad querendum & laudandum Deum.*

**1** Victori super Sowsannim, ipsius Davidis.

**2** Serua me Deus: quoniam intrauerunt aquas usque ad animam.

**3** Demersus sum in limum profundũ, & non est firmatus: veni in profunda aquarum, & fluxus aquarum operit me.

**4** Delassatus sum clamando, siccatum est guttur meum: defecerunt oculi mei dum expectarem Deum meum.

**5** Plures sunt quàm capilli capitis mei qui odio habet me sine causã: roborati sunt qui disperdunt me inimici mei absque causã: quæ non rapui, tunc reddidi. **B**

**6** Deus tu nosti stultitiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita.

**7** Ne pu-

7 Ne pudore afficiantur in me qui expectant te, Domine Iehoua exercituum: ne erubescat in me qui quærun't te, Deus Iſrael:

8 Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.

C 9 Alienus factus sum fratribus meis, & extraneus filijs matris meæ:

10 Quia zelus domus tuæ exedit me, & probra eorum qui probri afficiunt te, reciderunt super me.

11 Fleui & ieiunio affixi animam meam: & fusti in opprobrium mihi.

12 Et posui vestimentum meum saccum: & fui eis in parabolam.

13 Loquebantur contra me sedentes in porta: & cantiones factus sum bibentibus wſechâr.

14 At ego orationem meam conuerto ad te, Iehoua, tempore beneplaciti: Deus, propter multitudinem misericordiae tuæ exaudi me, propter veritatem salutis tuæ.

D 15 Eripe me è luto, & ne infigar, fac eripiar ab odio habentibus me, & è profundis aquarum.

16 Ne inundet me decursus aquarum, nec absorbeat me profundum, neque claudat super me puteus os suum.

17 Exaudi me Iehouah, quoniam bona est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice ad me:

18 Et ne abscondas faciem tuam à seruo tuo, quoniam angustia est mihi: festina exaudi me.

19 Appropinqua animæ meæ, redime eam: propter inimicos meos redime me.

E 20 Tu nosti probum meum, & pudorem meum, & ignominiam meam: coram te sunt omnes hostes mei.

21 Probum cõtriuuit cor meum, & dolui: & expectaui qui condoleret, & non fuit: & consolatoris, & non inueni.

Matth. 27. f. 48. 22 Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea propinauerunt mihi acetum.

Ioã. 19. e. 28. Rom. 11. b. 9. 23 Sit mensa eorum coram eis laqueus: & quod ad paces, in offendiculum.

24 Obscurentur oculi eorum ne videant: & lumbos eorum semper nutare fac.

F 25 Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos.

Aff. 1. d. 20. 26 Sit palatium eorum desolatum, in tabernaculis eorum non sit qui habitet:

27 Quoniam eum quem percussisti, persequuntur, & de dolore vulneratorum tuorum narrat.

28 Pone iniquitatem super iniquitatem eorum, nec ingrediantur ad iustitiam tuam.

29 Deleantur è libro uiuentium, & cum iustis non scribantur.

30 Ego autem sum afflictus & dolens: salus tua Deus, in loco alto statuet me.

G 31 Tunc laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo illud cum celebritate:

32 Gratius erit Iehouæ quàm bos, aut vitulus cornua producens & vngulas.

33 Videbunt hæc humiles, & gaudebunt, & quærentes Deum, & uiuet cor vestrum.

34 Quoniam audit pauperes Iehoua, & victos suos non despicit.

35 Laudent eum cæli & terra, maria, & omne repens in eis:

36 Quoniam Deus seruabit xSiion, & ædificabit ciuitates Iehudâh: & habitabunt ibi, & hæreditate accipient eam.

37 Et semen seruorum eius hæreditate accipiet eam: & diligentes nomen eius habitabunt in ea.

P S A L M. LXX.

2 Celerem opem sibi orat, & ultionem de hostibus. Eadem vide Psal. 40. à versu 14. ad finem: 5 Latitia fidelibus uidentibus eum liberatum.

1 Victori ipsius Dauidis, ad commemorandum.

2 **D**Eus ut eruas me, Deus ad auxilium meum festina.

3 Pudore afficiantur, & erubescant quærentes animam meam: conuertantur retrorsum, & erubescant volentes malum meum.

4 Conuertantur pro mercede pudoris sui, qui dicunt, Euge, euge.

5 Gaudeant, & lætentur in te omnes quærentes te: & dicant semper, Magnificetur Deus, qui amant salutem tuam.

6 Ego autem afflictus & pauper sum, propterea Deus festina ad me: auxilium meum, & erutor meus es, propterea Iehoua ne tardaueris.

P S A L M. LXXI.

1 Certus Dauid de Domini ope, contra Absalom opem Dei implorat. 4 Quum à iuuentute fiduciam habuerit in Deo, orat ut etiam in senectute fidat. 12 Perseuerantia in oratione. 14 Constantia fidei & confessionis. 17 Commemorat Dei beneficia post varias afflictiones. 20 Tentationibus victis, fortius fidere discimus. 22 Laus & gratiarum actio pro omnibus beneficijs.

1 **I**N te Iehoua speraui, ne pudore afficiar in æternum.

2 In iustitia tua eripe me, & erue me: inclina ad me aurem tuam, & serua me.

3 Esto mihi robustum habitaculum, ut illud ingrediari iugiter: præcepisti seruare me, quia petra mea, & munitio mea es tu.

4 Deus mi erue me è manu impij, è manu peruersi & violenti:

5 Quoniam tu es expectatio mea, Domine Iehoua fiducia mea ab adolescentia mea.

6 Tibi innixus sum ab utero, è visceribus matris meæ tu extractor meus es: de telaus mea semper.

7 Tanquam portentum fui multis: & tamen tu fiducia mea præualida.

8 Repleatur os meum laude tua, tota die gloria tua. **B**

9 Ne abiicias me tempore senectutis: quum defecerit fortitudo mea, ne derelinquas me:

10 Quia loquuti sunt inimici mei de me: & obseruantes animam meam, consilium inierunt pariter,

11 Dicendo, Deus dereliquit eum, & persequimini, & comprehendite eum: quia non est qui eruat.

12 Deus ne elongeris à me: Deus mi ad auxiliū meum festina.

13 Pudore afficiantur, pereant aduersarij animæ meæ: operiantur probro & pudore quærentes malum meum.

14 Ego autem semper expectabo, & adijciam super omnem laudem tuam.

15 Os meum narrabit iustitiam tuam, tota die salutem tuam: tamen si nō nouerim numeros. **C**

16 Ingrediar in potentias Domini Iehoua: recordabor iustitiæ tuæ solius.

17 Deus docuisti me ab adolescentia mea, & hætenus annuntiaui mirabilia tua.

- 18 Quin & vsque ad senium & canitiem, Deus, ne derelinquas me: donec annuntiem brachium tuum generationi huic, omni qui venturus est fortitudinem tuam:
- 19 Et iustitiam tuam, Deus, *que est vsque in excelsum*, quia fecisti magna: Deus quis sicut tu?
- D 20 Qui ostendisti mihi angustias multas & malas, reuersus viuificasti me: & ex voraginibus terræ conuersus ascendere fecisti me:
- 21 Auxisti magnitudinem meam, & conuersus consolatus es me.
- 22 Etiam ego celebrabo tibi instrumēto nébel veritatem tuam Deus mi: cantabo tibi in cithara, sancte Iſraelis.
- 23 Exultabunt labia mea quum canam tibi, & anima mea quam redemisti.
- 24 Insuper lingua mea rota die loquetur de iustitia tua: quia pudore affecti sunt, quia inquam ignominia affecti sunt quæretes malū meum.

## P S A L M. LXXII.

*1 Sub typo regni Salomonici orat aduenire regnū Dei per Christum. 3 Pax & iustitia per Christum. 5 Regnum Christi eternum. 6 Christus regnare faciens iustos & pacem, ut pluuia herbam germinare facit. 8 Dilatio regni Christi. 12 Peccata agnoscentem liberat Christus. 15 Christo offert populus quicquid habet pretiosum. 17 Per Christum benedictio. 18 Gratiarum actio.*

I Ipsi ſelomóh.

- D **D**eus iudicia tua Regi da, & iustitiā tuam filio Regis:
- 2 Iudicabit populū tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.
- 3 Afferent montes pacem populo, & colles ob iustitiam.
- 4 Iudicabit pauperes populi, seruabit filios pauperes, & constringet calumniatorem.
- 5 Timebunt te cum sole & ante lunam, in generatione generationum.
- B 6 Descender sicut pluuia super desertam herbam, sicut imbres stillantes super terram.
- 7 Florebit in diebus eius iustus, & multitudo pacis, donec non sit luna.
- 8 Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos terræ.
- 9 Coram illo procident habitatores deserti, & inimici eius terram lingent.
- 10 Reges maris & insularum munus afferent: reges ſeſe Arabicæ & ſeſe Æthiopicæ munus offerent.
- 11 Et incuruabunt se ei omnes reges, omnes gentes seruient ei:
- C 12 Quia eruet pauperem clamantem, & afflictum, cui non est auxiliator.
- 13 Miserebitur pauperis & inopis: & animas pauperum seruabit.
- 14 A dolo, & ab iniquitate diuitum redimet animam eorum, & pretiosus erit sanguis eorum in oculis eius.
- 15 Et viuet pauper, & dabit ei rex de auro ſeſe Arabicæ, & orabit pro eo semper, tota die benedicet ei.
- 16 Erit pugillus frumenti in terra satus in capite montium, & contremiscet sicut Lebanon fructus eius: & florebut de ciuitate sicut herba terræ.
- D 17 Erit nomen eius in seculum, quandiu fuerit sol propagabitur nomen eius: & benedicet se in eo omnes Gentes, & beatum dicet eum.
- 18 Benedictus Iehoua Deus Israel, qui facit mirabilia solus:

- 19 Et benedictum nomen gloriæ eius in seculum, & repleatur gloria eius vniuersa terra. Amen, & amen.

Finem habent orationes Dauidis filij Iſſai.

## P S A L M. LXXIII.

*1 Canit in consolationem sanctorum qui felicitate impiorum oruntur & offenduntur, quam infelicem ea exitum habeat: & quam felix exitus eorum qui in hoc mundo afflictionibus exercentur. 13 Iterum describit tentationem fidelis videns felicitatem impiorum. 17 Deus docet eum exitum impiorum. 21 Rursus tentatur fidelis prosperitate impiorum. 23 Laudat bonitatem & providentiam Dei erga se. 27 Spirituale adulterium.*

I Psalmus ipsius Aſaph.

**P**rofecto bonus est Iſraeli Deus, sed mundis corde.

- 2 Et ego, penè declinauerunt pedes mei, fere nihil absuit quin effusi sint gressus mei:
- 3 Quia zelau in insanos, quum pacem impiorum viderem:
- 4 Quia non sunt ligamenta in morte eorum, quin sana est fortitudo eorum.
- 5 In labore hominis non sunt, & cum hominibus non flagellantur.
- 6 Ideo vt torques cingit eos superbia, induitur quisque eorum veste violentiæ.
- B 7 Egrediuntur præ adipe oculi eorum: transgrediuntur cogitationes cordis.
- 8 Dissoluunt & loquuntur malitiosè calumniā, imo de Excelso loquuntur.
- 9 Ponunt in cælum os suum, & lingua eorum ambulat in terra.
- 10 Idè reuertitur populus eius huc, & aquæ pleni calicis exprimuntur eis.
- 11 Et dicunt, Quomodo nouit Deus? & si est scientia in excelso?
- 12 Ecce, isti impij, & pacati sæculi, multiplicant diuitias.
- 13 Verè in vanum mundauī cor meum, & laui in munditia manus meas,
- 14 Et fui flagellatus omni die, & fuit increpatio mea singulis matutinis.
- C 15 Si dicebam, Narrabo sicut hoc: ecce generatio filiorum tuorum dicent quod præuaricatus sum.
- 16 Itaque cogitabam vt scirem hoc, sed labor fuit in oculis meis:
- 17 Donec ingrederer in Sanctuaria Dei, & intelligerem nouissimum eorum.
- 18 Profecto in locis lubricis posuisti eos, corrumpere facis eos in desolationes.
- 19 Quomodo fuerunt in desolationem quàm cito: defecerunt, consumpti sunt à terroribus.
- 20 Sunt velut somnium expergefatto homine: Domine quum suscitabis mortuos, imaginem eorum spernes.
- 21 Profecto excandescibat cor meum, & lumbi mei acuebantur.
- D 22 Ego autem insipies eram, nec cognoscebam: ut iumenta eram apud te.
- 23 Tamen ego semper tecum fui, tenuisti manum dexteram meam.
- 24 Consilio tuo deduxisti me, & postea cum gloria excepisti me.
- 25 Quis mihi est in cælo? & tecum nolo quenquam in terra.
- 26 Defecerat caro mea & cor meum: robor autem cordis mei, & pars mea est Deus in seculū.
- 27 Quo-

27 Quoniam ecce, qui se elongat à te, peribit: fuccidis omnem fornicantem à te.  
28 Et ego noui quod accessus ad Deum mihi est bonus, ideo posui in Domino Iehoua spem meam, ut enarrem omnia opera tua.

PSALM. LXXIIII.

*1 Populus Israel conqueritur de vastitate ac desolatione templi. 3 Iniuria & crudelitas inimicorum. 9 Queruntur se destitui omni ope, & consolatione diuina. 12 Concipiunt spem liberationis, repetitis Dei in ipsos beneficijs. 18 Continuatio orationis aduersus inimicos. 20 Obiiciunt Deo sua fœdera.*

1 Intelligentia ipsius Aôsaph.

**V**T quid Deus repulisti nos in seculum, fumat furor tuus contra pecudes pacuæ tuæ?

2 Recordare congregationis tuæ quam acquisiisti ab antiquo, quod redemisti virgam hereditatis tuæ, montem Sion istum in quo habitas.

3 Leua pedes tuos ad desolationes in seculum super omnem inimicum qui malefecit in Sanctitate.

4 Rugierunt hostes tui in medio synagogarum tuarum: posuerunt signa sua signa.

**B** 5 Notus erat velut asseres superne qui inferebat in perplexitatem ligni secures.

6 Nunc autem cælaturas eius pariter bipenni & malleis conterunt.

*2. Reg. 25. b. 9.* 7 Miserunt ignem in Sanctuaria tua, in terram deturbantes polluerunt tabernaculum nominis tui.

8 Dixerunt in corde suo, Depopulabimur eos pariter: incenderunt omnia tabernacula Dei in terra.

9 Signa nostra non videmus, non est ultra Propheta, nec est nobiscum qui cognoscat vsquequo.

10 Viquequo Deus, probris afficiet te aduersarius, spernet inimicus nomen tuum in seculum?

11 Vt quid reducis manum tuam, & dexteram tuam? è medio sinus tui prohibe manum tuam.

*Luc. 1. 8. 70* **C** 12 Deus autem Rex meus ab initio, operatur salutes in medio terræ.

13 Tu confregisti fortitudine tua mare, confregisti capita cetorum in aquis.

14 Tu cõtriuisti capita Liuiathan, dedisti eum escam populo deserta incolenti.

15 Tu excidisti fontem & torrentem: tu siccasti fluuios fortes.

16 Tuus est dies, etiam tua est nox, tu præparasti lumen & solem.

17 Tu statuisti omnes terminos terræ: æstatem & hyemen tu plasmasti.

18 Memento huius, quod inimicus probris affecit Iehouam, & quod populus stultus spreuit nomen tuum.

**D** 19 Ne tradas cõgregationi inimicorum animam turturis tuæ: congregationis pauperum tuorum ne obliuiscaris in æternum.

20 Respice ad pactum tuum: quia repleta sunt loca tenebrosa terræ habitationibus iniquitatis.

21 Ne redeat attritus affectus pudore: sed pauper & mendicus laudent nomen tuum.

22 Surge Deus, discepta causam tuam: memento probris tui quo afficeris à stulto, omni die.

23 Ne obliuiscaris vocis hostium tuorum, neque sonitus insurgentiũ in te: nam ascendit semper.

PSALM. LXXV.

*2 Sub umbra Dauidis, Christus de potentia sibi à Patre data gloriatur. 6 Ne quis se contra Christi regnum esserat. 10 Laudes Deo. 11 Impiorum ruina, & piorum exaltatio.*

1 Victori, Ne disperdas: psalmus ipsi Aôsaph & canticum.

2 **C**elebrauimus te Deus, celebrauimus: etenim propinquum erat nomen tuum: liberati a te narrauerunt mirabilia tua.

3 Quum accepero statutum tempus, ego rectè iudicabo.

4 Liquefiebat terra, & habitatores eius: ego uero direxi columnas eius. *3* Selah.

5 Dixi insanis, Ne insaniatis: & impijs, ne exaltetis cornu,

6 Ne extollatis in excelsum cornu vestrum, neque loquamini collo pingui:

7 Quia nec ab Exortu solis, nec ab Occidente, **B** neque ab Aquilone uenit exaltatio.

8 Quoniam Deus iudex est: hunc humiliat, & illum exaltat.

9 Quia calix in manu Iehouæ: & vinum quod in eo, rubet: & plenus est misto, & effundit ex hoc: utique fæces eius sugent, & bibent omnes impij teiræ.

10 Ego autem annuntiabo in seculum, & psallam Deo Iayacob:

11 Et omnia cornua impiorum confringam, exaltabuntur uero cornua iusti.

PSALM. LXXVI.

*2 Laudat populus Deum, quod inimicos à Ierusalẽ prostrigauit. Idem prope cum Psalmo 48. argumentum. 6 Descriptio victoriæ. 8 Dei potetiam laudat in liberando populo. 12 Exhortatio ad vota siue Laudes.*

1 Victori in Neginoth psalmus ipsi Aôsaph, & canticum.

2 **N**otus in Iehudah Deus, in Iisrahel magnum nomen eius:

3 Et est in Salem tabernaculum eius, & habitatio eius in Sion.

4 Illic confregit sagittas arcus, scutum & gladium, ac bellum. *3* Selah.

5 Splendidus es, & fortis præ mōtib; prædæ.

6 Spoliati fuerunt fortes corde: dormierunt somnum suum, nec inuenerunt omnes viri fortes manus suas. **B**

7 Propter increpationem tuam, Deus Iayacob, confopitus est currus & equus.

8 Tu terribilis es, tu inquam, & quis stabit coram te simulatque exarserit ira tua?

9 E cælis audire fecisti iudicium, terra timuit & quieuit,

10 Quum exurgeres ad iudicium Deus, ut seruares omnes humiles terræ. *3* Selah. **C**

11 Profecto ira hominis confitebitur tibi, residuum irarum cinges.

12 Vouete, & reddite Iehouæ Deo vestro, omnes qui estis in circuitu eius afferant munus terribili,

13 Qui succidit spiritum principum, terribilis est regibus terræ.

PSALM. LXXVII.

*2 Conqueritur fidelis de maxima & grauisima afflictione. 5 Ex merore non potest somnum capere. 6 Recordatione beneficiorum Dei, non credit se abiectum esse. 11 Versans in ea captiuitate, atque de se actum esse existimans, sperat tamen Deum operi la-turum ut alias.*

- 1 Victori pro Ieduthun, ipsi Asaph psalmus.
- 2 **V**ox mea ad Deum, & vociferatus sum:  
vox mea ad Deum, & auscultauit mihi.
- 3 In die angustiae meae Dominum quaesivi:  
plaga mea noctu defluebat, nec quiescebat:  
reuebat consolari anima mea.
- 4 Recordabar Dei, & tumultuabar: loque-  
bar, & angustiis afficiebatur spiritus meus.  
Sélah.
- 5 Tenuisti vigilias oculorum meorum: con-  
tritus sum, nec loqui potui.
- B 6 Tunc supputaui dies qui fuerunt à principio,  
annos seculorum:
- 7 Recordabar cantici mei: noctu corde meo  
meditabar, & scrutabatur spiritus meus,
- 8 Nūquid in secula repellet me Dominus, nec  
addet vt bene velit adhuc?
- 9 Nunquid defecit in seculum misericordia  
eius? defecit verbum in generationem & ge-  
nerationem?
- 10 Nunquid oblitus est misereri Deus? nū con-  
clufit in ira misericordias suas? Sélah.
- C 11 Et cogitauit, Mors mea est: tunc recordatus sum  
annorum dextrae Excelsi:
- 12 Recordabar operum Iah: nam recordabar à  
principio mirabilem tuorum:
- 13 Et meditabar in omnibus operibus tuis, &  
de operibus tuis loquebar, dicens,
- 14 Deus, in sanctitate via tua: quis Deus ma-  
gnus sicut Deus?
- 15 Tu es Deus qui facis mirabile: notam fecisti  
in Populis fortitudinem tuam.
- 16 Redemisti in brachio populum tuum, filios  
Iayacob, & Ioséph. Sélah.
- D 17 Viderunt te aquae, Deus, viderunt te aquae,  
& timuerunt, etiam commotae sunt voragines.
- 18 Inundare fecerunt aquas nubes, tonitruum  
dederunt caeli, etiam fulgura tua discurrerunt.
- 19 Sonitus tonitruum tui in rotunditate, illustra-  
uerunt fulgura orbem, commota est & contre-  
muit terra.
- 20 In mari via tua, & semitae tuae in aquis mul-  
tis: & semitae tuae non sunt agnitae.
- Exod. 14. c. 19 21 Deduxisti sicut pecudes populum tuum, per  
manum Moyséh & Aharón.
- P S A L M. LXXVIII.
- 2 Excitat David ac comouet populum ad audiendum quae docere insti-  
tuit, à paucis intellecta, & obliuioni mandata. 4 Facta Dei erga  
Iudeos admirabilia, à patribus ex praecepto Dei narrata filiis: &  
quare. 8 Contumacia, infidelitasque Iudeorum. 9 Praelium  
aduersum ab Israelitis commissum, quod Dei essent obliti, & operum  
eius in Aegypto. 15 Petra. 18 Tentare Deum. 21 Infideli-  
tas Iudeorum punitur. 24 Manna. 30 Rursum incredulitas  
eorum punitur. 34 Afflicti querunt Deum in hypocrisi, sine  
vlla in eum fiducia. 36 Lingua diligere. 37 Cor non reclusum.  
38 Misericors Deus. 39 Caro sunt homines. 43 Plaga Aegypti.  
51 Primogenita. 52 Exitus ab Aegypto. 56 Rebelles & idolo-  
latrae Iudei. 60 Arca Dei, (quam vocat tabernaculum, tentorium,  
& fortitudinem) quare Philistaeis tradita. 67 Tribu Ephraim  
reiecit, elegit Deus tribum Iuda, ex qua deligit Dauidem.
- 1 Intelligentia ipsi Asaph.
- A**visculpta popule mi Legem meam, incli-  
nate aurem vestram ad verba oris mei.
- 2 Aperiam in parabolam os meum, loquar  
aenigmata à principio.
- 3 Quae audiuimus & cognouimus, ea & pa-  
tres nostri narrauerunt nobis,
- 4 Non abscondemus ea à filiis eorum, qui ge-  
nerationi posterae narrabunt laudes Iehouae,  
& fortitudinem eius, & mirabilia eius quae  
fecit.
- 5 Et suscitauit testimonium in Iayacob, & Le-  
gem posuit in Iisrahel, quae praecepit patri-  
bus nostris, vt nota facerent ea filiis suis:
- 6 Vt cognosceret generatio postera, & ut filij  
qui nascerentur, exurgerent, & narrarent fi-  
lij suis:
- 7 Vt ponerent in Deo spem suam, nec obliui-  
scentur operum Dei, & mandata eius cu-  
stodirent:
- 8 Nec essent sicut patres sui generatio defi-  
ciens a Deo & rebellis, generatio quae non di-  
rexerit cor suum, nec fuit fidelis cum Deo spi-  
ritus eius. B
- 9 Filij Ephraim armati, iacentes arcu, verte-  
runt terga in die belli.
- 10 Non custodierunt pactum Dei, & in lege eius  
noluerunt ambulare:
- 11 Sed obliti sunt operum eius, & mirabilem  
eius quae ostenderat eis.
- 12 Coram patribus eorum fecerat mirabilia in  
terra Aegypti in agro Sôyan.
- 13 Secuit mare, & transire fecit eos, & stare fe-  
cit aquas velut aceruum. Exod. 14. c. 21
- 14 Et deduxit eos in nube per diem, & tota no-  
cte in lumine ignis. Exod. 13. d. 21, 14. e. 24
- 15 Rupit petras in deserto, & potum dedit eis  
è voraginibus magnis. Psal. 104. d. 39
- 16 Et eduxit fluentia de petra, & descendere fe-  
cit tanquam flumina aquas. Psal. 104. d. 41
- 17 Et addiderunt adhuc peccare ei, vt prouoca-  
rent Excelsum in solitudine. Exo. 17. b. 6
- 18 Et tentauerunt Deum in corde suo, petendo  
cibum animae suae. Num. 20. b. 10
- 19 Et loquuti sunt contra Deum: dixerunt, Nun-  
quid poterit Deus parare mensam in deserto? Num. 11. d. 1 C
- 20 Ecce percussit petram, & fluxerunt aquae,  
& torrentes inundauerunt: nunquid etiam pa-  
nem poterit dare? num apparabit carnem po-  
pulo suo? Exo. 17. b. 6 Num. 20. b. 11 Psal. 104. d. 41
- 21 Ideo audiuit Iehoua, & iratus est, ignisque  
accensus est in Iayacob, & etiam furor ascen-  
dit contra Iisrahel: 1. Corin. 10. d. 4
- 22 Quod non credidissent Deo, nec sperauis-  
sent in salute eius. Sap. 11. d. 4 Num. 11. d. 1
- 23 Nam mandauerat nubibus desuper, & ia-  
nuas caeli aperuerat,
- 24 Et pluerat super eos manna ad comedendum,  
& triticum caeli dederat eis. Exod. 16. c. 14
- 25 Panem fortium comedit vir: cibum miserat  
eis ad saturitatem. Num. 11. b. 7 Ioan. 6. d. 31
- 26 Excitauit nanque Eurum in caelo, & induxit  
in fortitudine sua Austrum, 1. Cor. 10. d. 5 Num. 11. f. 31
- 27 Et pluit super eos sicut puluerem, carnem,  
& sicut arenam marium volatile alatum:
- 28 Et cadere fecit illud in medium castrorum  
eius, in circuitu tabernaculorum eius.
- 29 Et comederunt, & saturati sunt valde, & de-  
siderium illorum attulit eis.
- 30 Non erant alienati à desiderio suo, adhuc  
esca eorum in ore eorum erat: Num. 11. g. 33
- 31 Quum furor Dei ascendit in eos, & occidit  
pingues eorum, & electos Iisrahel incur-  
uauit. D
- 32 Cum omni hoc peccauerunt adhuc, & non  
crediderunt mirabilibus eius.
- 33 Ideo consumpsit in vanitate dies eorum, &  
annos eorum festinanter.
- 34 Si occidebat eos, quarebat eum, ac reuerte-  
bantur, & diluculo quarebant Deum.
- 35 Et
- Psal. 48. d. 5.  
Matth. 13. c.  
35.

- 35 Et recordabantur quod Deus rupes eorum  
esset, & Deus excelsus esset redemptor eorum.
- 36 Et blandiebantur ei ore suo, & lingua sua  
mentiebantur ei:
- 37 Cor autem eorum non erat rectum cum eo,  
nec fideles fuerunt in pacto eius.
- 38 Ipse tamen misericors condonauit iniqui-  
tatem, neque disperdidit: & multiplicauit ut  
auerteret iram suam, neque excitauit omnem  
iram suam.
- 39 Recordatusque est quod caro essent: spiri-  
tus vadens, & non reuertens.
- 40 Quoties exacerbauerunt eum in deserto, ir-  
ritauerunt eum in solitudine?
- 41 Et reuersi sunt, & tentauerunt Deum, & San-  
ctum Iſrahel limitauerunt.
- E 42 Non sunt recordati manus eius, diei qua re-  
demit eos de angustia:
- 43 Neque eius qui posuerat in Ægypto signa sua,  
& mirabilia sua in regione Sôyan:
- Exod. 7. d. 20 44 Et conuertit in sanguinem flumina eorum,  
& fluentia eorum, ne biberent.
- Exod. 8. a. 6. 45 Misit in eis omne genus muscarum, & co-  
f. 24 medit eos: ranam quoque, & disperdidit eos.
- Exo. 10. c. 13 46 Et dedit brucho fructum eorum, & labo-  
rem eorum locustæ.
- Exod. 9. a. 2. 47 Perdidit grandine vites eorum, & sycomo-  
c. 23 ros eorum maiuscula grandine.
- 48 Et tradidit grandini iumenta eorum, & pos-  
sensiones eorum carbonibus ignitis.
- 49 Misit in eos furorem indignationis suæ: iram  
& indignationem & angustiam, immisionem  
angelorum malorum.
- 50 Ponderauit semitam furori suo, non prohi-  
buit à morte animam eorum, & vitam eorum  
pesti tradidit.
- Exo. 12. c. 29 51 Et percussit omne primogenitum in Ægy-  
pto, primitias fortitudinum in tabernaculis  
ſHam.
- Exod. 13. c. 18 52 Et proficisci fecit velut pecudes populum  
suum, & deduxit eos tanquam gregem, in de-  
serto:
- F 53 Et deduxit eos tunc, nec timuerunt: & ini-  
micos eorum operuit mare.
- 54 Introduxit eos ad terminos Sanctitatis suæ,  
in montem istum quem acquisiuit dextera eius.
- Ioſue 13. b. 7 55 Eiecitque à facie eorum gentes, & cadere  
fecit eas in funiculo hereditatis: & habitare fe-  
cit in tabernaculis eorum tribus Iſrahel.
- 56 Attamen tentauerunt, & exacerbauerunt  
Deum excelsum: & testimonia eius non custo-  
dierunt.
- 57 Et auerterunt se, & præuaricati sunt sicut  
patres eorum: conuersi sunt ut arcus dolosus.
- 58 Et irritauerunt eum excelsis suis: & sculpi-  
libus suis ad æmulationem prouocauerunt  
eum.
- 59 Audiuit Deus, & commotus est: & spreuit  
valde Iſrahel.
2. Reg. 4. d. 1 60 Propterea dereliquit tabernaculum ſSi-  
G lôh, tentorium in quo habitauit inter homi-  
nes.
- 61 Et tradidit in captiuitatem fortitudinem  
suam, & gloriam suam in manum hostis.
- 62 Tradidit item gladio populum suum, & in  
hereditatem suam iratus est.
- 63 Iuuenes eius vorauit ignis, & virgines eius  
non fuerunt laudatæ.
- 64 Sacerdotes eius gladio ceciderunt, & viduæ

- eius non fleuerunt.
- 65 Excitatus est autem tanquam dormiens Do-  
minus, tanquam potens clamans à vino:
- 66 Et percussit hostes suos retrorsum, oppro-  
brium perpetuum dedit eis.
- 67 Spreuitque tentorium Ioséph, & tribum  
Ephraim non elegit:
- 68 Elegit autem tribum Iehudáh, montem Sion  
quem dilexit.
- 69 Et ædificauit sicut palatia excelsa Sanctua-  
rium suum, velut terram quam fundauit in  
seculum.
- 70 Et elegit Dauid seruum suum, & tulit eum 1. Regum 16.  
de septis pecudum: c. 11, & 2. Re  
71 Euntemque post lactantes adduxit eum, ut pa- gum 7. b. 8  
sceret Iayacob populum suum, & Iſrahel hæ 2. Reg. 5. d. 2  
reditatem suam.
- 72 Pauit igitur eos in simplicitate cordis sui,  
& prudentiis manuum suarum deduxit eos.

PSALM. LXXIX.

1 Queruntur Israelita de euerſione templi, vrbisque Ierofolymæ, fa-  
cta per Antiochum: ac de ingenti cade gentis suæ. 5 Orant ut  
placetur Deus, & contra ipsorum inimicos indignationem suam con-  
uertat. 8 Vehemens ardensque oratio ut Dominus ipsis igno-  
ſciat: & quare. 12 Iterum contra inimicos precantur. 13 Lau-  
des pro liberatione.

Pſalmus ipſi Aſaph.

- 1 Deus venerunt Gentes in hæreditatem  
tuam, polluerunt Templum sanctitatis  
tuæ, posuerunt Ierusalem in acervos lapi-  
dum.
- 2 Dederunt cadauera seruatorum tuorum escam  
volatilibus cæli, carnem misericordium tuo-  
rum bestiis terræ.
- 3 Effuderunt sanguinem eorum tanquam a-  
quam in circuitibus Ierusalem: nec erat qui  
sepeliret.
- 4 Fuimus probro vicinis nostris, subsannatio  
& derisio iis qui sunt in circuitibus nostris.
- 5 Usquequo Iehoua irascens in seculum? ar-  
debit velut ignis, zelus tuus?
- 6 Effunde iram tuam super Gentes quæ non Iere. 10. d. 25  
nouerunt te: & super regna quæ nomen tuum  
non inuocant:
- 7 Quia vorarunt Iayacob, & habitaculum eius  
desolauerunt.
- 8 Ne memineris nobis iniquitatum priorum: Esd. 64. c. 9  
festina, præueniat nos misericordie tuæ, quia  
attenuati sumus valde.
- 9 Adiua nos Deus salutis nostræ propter glo-  
riam nominis tui, & erue nos, & propitiare pec-  
catis nostris propter nomen tuum.
- 10 Ut quid dicerent Gentes, Vbi est Deus eo-  
rum? nota fiat in Gentibus in oculis nostris vl-  
tio sanguinis seruatorum tuorum qui effu-  
sus est.
- 11 Introeat coram te gemitus victorum, se-  
cundum magnitudinem brachij tui relinque  
in uita filios mortis.
- 12 Et redde vicinis nostris septuplū in sinum  
eorum, probrum ipsorum quo probris affe-  
runt te Iehoua.
- 13 Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ,  
celebrabimus te in seculū, in generationem  
& generationem narrabimus laudem tuam.

PSAL. LXXX.

2 Preces ardentes ut præcedente Psalmo, ut Deus pro sua gratia ipsos  
liberet ex afflictionibus in quibus eos constituit. 9 Commemo

vant beneficia que Deus in ipsos contulit. 13 Deplorant suam  
ruinam. 15 Orant vt in pristinum statum restituantur.

1 Victori, super **W**Sofannim, yeduth ipsius A-  
ofaph psalmus.

2 **O** Pastor Iſrahel is aufculta, qui ducis tan-  
quam pecudes, Ioséph: qui sedes inter  
Cherubim, splende.

3 Coram **E**phraim, & Biniamin, & Menaf-  
séh fuscita fortitudinem tuam, & veni in salu-  
tem nobis.

4 Deus conuerte nos, & lucere fac faciem tuam,  
& seruabimur.

5 Iehoua Deus exercituum, vsquequo fuma-  
bis in orationem populi tui?

6 Cibasti eos pane lachrymarum, & propina-  
sti eis lachrymas in menfura.

7 Posuisti nos litem vicinis nostris, & inimici  
nostri subsannauerunt nos sibi.

8 Deus exercituum couerte nos: & lucere fac  
faciem tuam, & seruabimur.

9 Vitem ex Aegypto traduxisti, eiecisti Gen-  
tes, & plantaſti eam.

10 Repurgaſti locum ante eam, & radicari feci-  
ſti radices eius, & impleuit terram.

11 Operti sunt mótes umbra eius, & rami eius  
ut cedri Dei.

12 Miſit ramos suos vsque ad Mare, & vsque ad  
Flumen propagines suas.

13 Vt quid igitur dirupisti macerías eius, & col-  
legerunt eam omnes tranſeuntes per viam?

14 Conſumpſit eam aper ſylueſtris, & fera a-  
greſtis depaſta eſt eam.

15 Deus exercituum reuertere obſecro: reſpi-  
ce è caelo, & vide, & viſita vitem iſtam,

16 Et vitarium quod plantaſti dextera tua, &  
super plantationem quam roborasti tibi.

17 Incenſa eſt igni, ſuccifa: ab increpatione iræ  
tuæ pereunt.

18 Sic manus tua super virum dexterae tuæ, &  
super Filium hominis quem roborasti tibi.

19 Et nõ retrocedemus à te: viuifica nos, & no-  
men tuum inuocabimus.

20 Iehoua Deus exercituum conuerte nos: lu-  
cere fac faciem tuam, & ſeruabimur.

## P S A L M. L X X X I.

2 Exhortatio eſt ad gratitudinem pro anni prouentu. 7 Deus re-  
uocat in memoriam ſua in Iſraelitas beneficia. 9 Qui Deo cre-  
dit, in nullo alio ſidit. 12 Dereliſti à Deo propter imobedientiam.  
14 Deus agre ferens, commemorat beneficia, quæ populus ſua mo-  
bedientia amiſit.

1 Victori super Githith ipſi Aofaph.

2 **E**Xultate Deo fortitudini noſtræ, iubilare  
Deo Iayacob.

3 Sumite canticum, & date tympanum, citha-  
ram iucundam cum nébel.

4 Clangite in Calendis tuba, in tempore con-  
ſtituto, in die feſtiuitatis noſtræ:

5 Quia ſtatutum Iſraheli eſt, iudicium Deo  
Iayacob:

6 Testimonium in Iehoféph poſuit illud:  
quum exiret ipſe ſuper terram Aegypti, ubi lin-  
guam quam non noueram, audiebam.

7 Subduxi ab onere humerum eius: manus ei-  
us ab ahenõ reſceſſerunt.

8 In anguſtia inuocaſti me, & erui te, exaudi-  
ui te in abſcondito tonitru: probaui te apud  
aquas Meriba. **S**élah.

9 Tunc dixi, Audi popule mi, & teſtabor tibi:

Exod. 17. b. 6

Exo. 20. d. 1

Iſrahel ſi audieris me,

10 Et non fuerit in te Deus alienus, nec incur-  
uaueris te Deo extraneo:

11 (Nam ego ſum Iehoua Deus tuus qui ascen-  
dere feci te è terra Aegypti) dilata os tuum, &  
implebo illud.

12 At non paruit populus meus voci meæ, &  
Iſrahel noluit mihi obtemperare.

13 Permiſi igitur eos fortitudini cordis eorum,  
& ambularunt in conſiliis ſuis.

14 Vtinam populus meus obtemperafſet mi-  
hi, Iſrahel in viis meis ambulafſet:

15 Breui tépore inimicos eorum humiliafſem,  
& contra hoſtes eorum vertiſſem manum  
meam:

16 Odio habentes Iehouam mériti fuiſſent ei,  
& fuiſſet tempus eorum in ſeculum:

17 Et cibafſet eum Deus adipe frumenti, & de  
petra melle ſaturafſem te.

## P S A L M. L X X X I I.

1 Deus in medio magiſtratum, eos reprehendit iniuſtitia. 6 Iſte  
locus exponitur à Chriſto, Ioan. 10. g. 35. 8 Orat Propheta vt Deus  
ipſe iudicium exerſceat.

1 Pſalmus ipſius Aofaph.

**D**Eus aſtat in congregatione Dei, in me-  
dio deorum iudicat.

2 Vſquequo iudicabitis iniquitatem, & facies  
impiorum ſuſcipietis? **S**élah.

3 Iudicate pauperi & pupillo: pauperem & e-  
genum iuſtificate.

4 Eripite pauperem & egenum: & de manu  
impiorum erui te.

5 Nihil norunt, nec intelligunt: in tenebris am-  
bulant, nutant omnia fundamenta terræ.

6 Ego dixi, Dij eſtis, & filij Excelfi omnes  
vos.

7 Veruntamen ſicut homines moriemini, &  
ſicut vnus è principibus cadetis.

8 Surge Deus, iudica terram: quoniam tu hæ-  
reditate poſsidebis omnes Gentes.

## P S A L M. L X X X I I I.

2 Precatio eſt, vt Dominus ſuccurrat populo ſuo contra tot grauifſi-  
mos & potentiffimos hoſtes. 10 Orat populus vt inimici ſui pa-  
nas luant ad gloriam Dei.

1 Canticum & Pſalmus ipſius Aofaph.

2 **D**Eus ne ſit ſilentium tibi, ne taceas, néve  
quieſcas Deus.

3 Quoniam ecce inimici tui tumultuantur, &  
odio habentes te extulerunt caput.

4 Super populum tuum callidè inierunt con-  
ſilium, & conſultauerunt aduerſus abſcondi-  
tos tuos.

5 Dixerunt, Venite & ſuccidamus eos de gen-  
te, & ne memoretur nomen Iſrahel vltra.

6 Quoniam conſilium inierunt ex corde pa-  
riter, contra te ſcædus pepigerunt.

7 Tabernacula **E**dom & Iſmahelitarum,  
Moab, & Hagareni,

8 Gebál, & **A**mmón, & Amaléc, Peléſeth,  
cum habitatoribus **S**or.

9 Etiam **A**ſſur coniunctus eſt eis: fuerunt bra-  
chium filiis Lot. **S**élah.

10 Fac illis ſicut Midian, ſicut **S**iſſerá, ſicut Ia-  
bin in torrente Ciſſon:

11 Qui perierunt in **E**n-dor, fuerunt ſtercus  
terræ.

12 Pone eos, nempe duces eorum, ſicut **O**reb,  
& ſicut

C  
Act. 14. c. 16

Baruch 3.  
b. 13

Prouerb. 24.  
b. 11

Ioan. 10. g. 35

B

Iudic. 7. f. 22  
Iudic. 4. c. 15

Iudic. 7. g. 25,  
& 8. c. 21

& sicut Zekéb, & sicut Zébanh, & sicut xSal-  
munyá, omnes principes eorum:

13 Qui dixerunt, Possideamus nobis habitacu-  
la Dei.

C 14 Deus mi, pone eos velut rotam, sicut stipu-  
lam coram vento,

15 Velut ignis qui comburit sylvá, & sicut flam-  
ma quæ succendit montes:

16 Ita persequere eos tempestate tua, & turbi-  
ne tuo terre eos.

17 Imple facies eorum ignominia, & quærant  
nomen tuum Iehoua.

18 Pudore afficiantur, & terreantur in seculum  
seculi, & opprobrio afficiantur, & pereant:

19 Et cognoscant quòd tu cuius nomen est Ie-  
houa, solus tu altissimus super omnem terrá.

PSAL. LXXXIII.

2 Idem argumentum huius psalmi quod XLII. 5 Beati qui in  
cœtu fidelium laudant Deum. 7 Populi studium Ierosolymam  
proficiscens ad laudandum Deum cum fidelibus. 9 Petit vt Ie-  
rosolymam possit redire. 12 Fiducia in Deo.

1 Victori super Githith filiis Coranh psalmus.

2 **Q**uam amabilia tabernacula tua Iehoua  
exercituum.

3 Concupiscit, & etiam deficit anima  
mea ad atria Iehouæ: cor meum, & caro mea  
exultant ad Deum viuum.

4 Etiam passer inuenit domum, & hirundo ni-  
dum sibi in quo ponat pullos suos, nempe alta-  
ria tua Iehoua exercituum Rex mi, & Deus mi.

5 Beati habitatores domus tuæ, in seculum lau-  
dant te. **Sélah.**

B 6 Beatus homo cui<sup>9</sup> fortitudo est in te: & viæ  
in corde eorum.

7 Transeuntes per vallem Habbacha, fontem  
ponunt eam: etiam piscinas operit pluuia.

8 Eunt de turma ad turmam, donec cõspicia-  
tur quisque eorum ante Deum in xSión.

9 Iehoua Deus exercituum exaudi orationẽ  
meam, ausculta Deus Iayacób. **Sélah.**

10 Clypeus noster vide, Deus, & aspice faciem  
Christi tui.

C 11 Quia melior est dies in atris tuis, quàm alibi  
mille: elegi esse in limine in domo Dei mei,  
potius quàm habitare in tabernaculis impie-  
tatis.

12 Quia sol & scutum nobis Iehoua Deus: gra-  
tiam & gloriam dat Iehoua, nec prohibet bo-  
num ambulanti bus perfecté.

13 Iehoua exercituum, beatus homo qui spe-  
rat in te.

PSAL. LXXXV.

2 Populus fidelis gratias Deo agit quòd illis sit placatus. 5 Arden-  
ter orat vt Deus sit illi propitius. 9 Misericordia & remissio  
peccatorum per Christum, unde oritur pax in cordibus. 11 Fru-  
ctus iustificationum per Christum.

1 Victori filiis Coranh psalmus.

2 **C**omplacuiisti Iehoua terræ tuæ, reduxisti  
captiuitatem Iayacób.

3 Remisisti iniquitatem populi tui, operuisti  
omne peccatum eorum. **Sélah.**

4 Abstulisti omnem iram tuam, reuocasti ab  
excandescendo furorem tuum.

5 Conuerte nos Deus salutis nostræ, & cessa-  
re fac iram tuam erga nos.

6 Num in seculum irascéris contra nos? exten-  
des iram tuam in generationem & genera-  
tionem?

7 Annon tu cõuertéris, viuificabis nos, & po-  
pulus tuus lætabitur in te?

8 **O**stéde nobis Iehoua misericordiam tuam,  
& salutem tuam da nobis. **B**

9 Audiam quid loquatur Deus Iehoua: quo-  
niam loquetur pacem ad populum suum, &  
ad misericordes suos, & non conuertentur ad  
stultitiam.

10 Profectò propinqua est timentibus eum sa-  
lus eius, vt inhabitet gloria in terra nostra.

11 Misericordia & veritas obuauerunt sibi, iu-  
sticia & pax se mutuo osculatae sunt.

12 Veritas è terra germinabit, & iusticia è cælo  
prospicit.

13 Etiam Iehoua dabit bonum, & terra nostra  
dabit fructum suum.

14 Iustitiam ante se ambulare faciet quisque, &  
ponet in via gressus suos.

PSALM. LXXXVI.

2 Dauid afflicus atque ab omnibus derelictus, maximo animo orat  
vt liberetur, & quare. 8 Laudans potentiam Dei, predicat cõ-  
uersionem Gentium. 11 Orat vt à Domino doceatur, & libe-  
retur, vt eum glorificet. 14 Conqueritur de suis aduersariis.  
15 Predicans misericordias Dei, orat liberari.

1 Oratio ipsius Dauidis.

**I**nclina Iehoua auré tuam, exaudi me: quo-  
niam pauper & egenus sum.

2 Custodi animá meam, quoniam misericors  
sum, serua seruum tuum tu Deus mi sperátem  
in te.

3 Miserere mei Iehoua, quoniam ad te clamo  
omni die.

4 Lætifica animam serui tui: quoniam ad te  
Domine animam meam attollo.

5 Quoniam tu Domine bonus, & parcens, &  
multus misericordia omnibus inuocanti-  
bus te. **Ioel 2.c.13**

6 Ausculta Iehoua orationem meam, & inten-  
de voci deprecationum mearum. **B**

7 In die angustiae meæ inuoco te, quia exau-  
dis me.

8 Non est sicut tu inter Deos Domine, nec sunt  
secundum opera tua.

9 Omnes gentes quas fecisti venient, & genu-  
flectent coram te, Domine, & glorificabunt no-  
men tuum.

10 Quoniam magnus es tu, & facis mirabilia,  
tu es Deus solus.

11 Docé me Iehoua viam tuam, ut ambulem in  
veritate tua: vni cor meum vt timeat nomen  
tuum.

12 Celebrabo te Domine Deus in toto corde  
meo, & glorificabo nomen tuum in seculum.

13 Quoniam misericordia tua magna est super  
me, & eruisti animam meam ex fouea infe-  
riori. **C**

14 Deus, superbi insurrexerunt aduersum me,  
& congregatio fortium quæsierunt animam  
meam, & non posuerunt te coram se.

15 Et tu Domine es Deus misericors, & clemes,  
longus ira, & multus misericordia & veri-  
tate.

16 Respice ad me, & miserere mei, da fortitu-  
dinem tuam seruo tuo, & serua filium ancil-  
læ tuæ.

17 Fac mecum signum in bonum, & videant  
odio habétes me, & pudore afficiantur, quòd  
tu Iehoua adiuueris me, & consolatus fue-  
ris me.

PSALM.

Consolatur fideles Iudaeos qui velut desperati post reductam captiuitatem, non existimabant posse fieri vt in pristinum statum restitui possent: promittens vt ex omnibus Gentibus inimicis, etiam adscribantur ciues ipsi Ierusalem caelestis: vnde gloria templi secundo maior futura sit quam primi.

## 1 Filiis Coran̄ Pſalmus cantic̄i.

- 2 **F**undamentum eius in montibus sanctis.  
 3 Diligit Iehoua portas r̄Siion magis, quam omnia habitacula Iayacob.  
 4 Gloriosa dicuntur de te Ciuitas Dei. **Sélah.**  
 5 Memorabo Aegyptum & Babel inter scientes me: ecce Pelethina, & Tyrus cum Aethiopia, iste natus est ibi.  
 6 Et de r̄Siion dicetur, Vir & vir natus est in ea, & ipse confirmabit eam Altissimus.  
 7 Iehoua numerabit, quando scribet populos, Iste natus est ibi. **Sélah.**  
 8 Et cantores vt tibicines: omnes fontes mei in te.

## PSALM. LXXXVIII.

2 *Gravis ad Deum querela fidelis, morbo, aut persecutione, atque aduersitate grauer afflicti, ac sine ulla consolatione quasi à Deo derelicti. 11 Aversatur mortem, propterea quod cum fidelibus Deū laudare non poterit. 14 Queritur orationem suam non exaudiri.*

- 1 Canticum psalmi filiis Coran̄: victori super Manhalath ad canendum, intelligentia ipsius Hemán r̄Ezrahitar̄.  
 2 **I**ehoua Deus salutis meę in die clamo, in nocte coram te:  
 3 Intret coram te oratio mea: inclina aurem tuam ad clamorem meum:  
 4 Quia saturata est malis anima mea, & vita mea ad sepulchrum peruenit.  
 5 Reputatus sum cum descendētib; in sepulchrum: fui sicut vir cui non est fortitudo,  
 6 **B** Et inter mortuos liber: sicut interfecti dormientes in sepulchro, quorum nō recordaris amplius, & ipsi à manu tua excisi sunt.  
 7 Posuisti me in lacu inferiori, in tenebris, in profundis.  
 8 Super me sustentata est ira tua, & cunctis fluctibus tuis afflixisti. **Sélah.**  
 9 Elongasti notos meos à me, posuisti me abominationes illis, conclusus sum, neque egrediar.  
 10 Oculus meus elanguit prae afflictione mea: inuoco te ò Iehoua omni die, expando ad te manus meas.  
 11 Num mortuis facies miraculum? num mortui resurgent, ut celebrent te? **Sélah.**  
 12 Nunquid narrabitur in sepulchro misericordia tua, & veritas tua in perditione?  
 13 **C** Nunquid cognosceretur in tenebris miraculum tuum, & iustitia tua in terra obliuionis?  
 14 Ego verò ad te Iehoua clamo, & mane oratio mea praeuenit te.  
 15 Vtquid Iehoua repellis animam meam, abscondis faciem tuam à me?  
 16 Pauper sum ego & deficiens ab adolescētia: portauit terrores tuos, animi dubius sum.  
 17 Super me transferunt irā tuā, terrores tui succiderunt me.  
 18 Circudederunt me sicut aqua, tota die: circudederunt me pariter.  
 19 Elongasti à me amantem & socium, notos meos in tenebris.

1 Magna copia verborum laudat bonitatem Dei propter fedus eius perpetuum quod constituit cum eo, electisque suis per Christum Dauidis filium regnantem in sua Ecclesia, in qua perpetuo laudatur.  
 7 Laudat summam Dei potentiam. 15 Dominus omnium in omni equitate gubernator. 16 In quo cōsistit summa beatitudo ac felicitas populi Dei. 20 Promissiones Dauidi facte de ipsius regno super Israel, eiusque tranquillitate: de quo multa 2. Sam. 7. 4. 8. ex cuius semine descendit Christus rex sempiternus, vt Lucas narrat cap. 1. c. 32. 39 Conqueritur deplorans maximam dissipationem, ac ruinam regni Dauidis: adeo vt videatur Deus non seruasse promissum suum. 47 Summo animi angore orat vt suis afflictionibus liberetur, cognita praesertim breuitate vita humana, proponens Deo, ipsius promissiones.

- 1 Intelligentia ipsius r̄Ethán r̄Ezrahitar̄.  
 2 **M**isericordias Iehouae in seculum cantabo: in generatione & generatione notam faciam veritatem tuam ore meo.  
 3 Quoniam dixi, In seculum misericordia edificabitur: in caelis firmasti veritatem tuam.  
 4 Percussi fedus cum electo meo, iuravi Dauidi seruo meo, **2. Reg. 7. b. 11**  
 5 Vsq; in seculum stabiliam semen tuum, & aedificabo in generationem & generationem thronum tuum. **Sélah.**  
 6 Celebrant autem caeli miraculum tuum Iehoua: etiam veritas tua est in ecclesia Sanctorum.  
 7 Quoniam quis in caelo aequabitur Iehouae, quis inquam similis est Iehouae in filiis deorum?  
 8 Deus terribilis in cōgregatione Sanctorum multa, & terribilis super omnes qui sunt in circuitibus eius.  
 9 Iehoua Deus exercituum, quis sicut tu, fortis Domine? & veritas tua in circuitibus tuis. **B**  
 10 Tu dominaris elationi maris: quum eleuat se fluctus eius, tu compescis eos.  
 11 Tu confregisti tanquam vulneratum Aegyptum, in brachio fortitudinis tuae dispersisti inimicos tuos.  
 12 Tui sunt caeli, etiam tua est terra: orbē & pleitudinem eius tu fundasti: **Gen. 1. d. 1**  
 13 Aquilonem & Meridiem tu creasti: Thabor & Hermon in nomine tuo exultant.  
 14 Tibi est brachium cum fortitudine: robusta est manus tua, exaltata est dextera tua. **C**  
 15 Iustitia & iudicium basis solij tui: misericordia & veritas praecedunt faciem tuam.  
 16 Beatus populus qui scit iubilationem: Iehoua in lumine vultus tui ambulabunt.  
 17 In nomine tuo exultabunt omni die, & in iustitia tua exaltabunt se:  
 18 Quoniam gloria fortitudinis eorum es, & in voluntate tua exaltantur cornua nostra.  
 19 Quia Iehouae est clypeus noster, & Sancti Israelis Rex noster.  
 20 Tunc locutus es in visione misericordiae tuae, & dixisti, Posui adiutorium super potentem, exaltaui electum de populo.  
 21 Inueni Dauid seruum meum, oleo sanctitatis meae unxi eum: **1. Regum 16. c. 12**  
 22 Cum quo manus mea firma erit, etiam brachium meum roborabit eum. **Act. 13. d. 32**  
 23 Non exiget inimicus ab eo, & filius iniquitatis non affliget eum.  
 24 Et conteram à facie eius hostes eius, & odio habentes eum percutiam.  
 25 Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.  
 26 Et

26 Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius.  
 27 Ipse inuocabit me, Pater meus es, Deus meus, & rupes salutis meae.  
 28 Etiam ego primogenitum ponam eum, & excelsum Regibus terrae.  
 29 In seculum custodiā ei misericordiam meā, & pactum meum firmum erit ipsi.  
 30 Et ponam in seculum semen eius, & thronum eius sicut dies caeli.  
 E 31 Si dereliquerint filij eius Legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint:  
 32 Si statuta mea prophanauerint, & praecepta mea non custodierint:  
 33 Tunc visitabo virga preuaricationem eorū, & plagis iniquitatem eorum.  
 34 Misericordiam autem meam non auferam ab eo, neque mentiar in veritatem meam:  
 35 Non prophanabo pactum meum, & quod egressum est de labijs meis non mutabo.  
 F 36 Semel iuravi per Sanctitatem meam, Si Dauidi mentiar:  
 37 Semen eius in seculum erit: & thronus eius sicut sol coram me:  
 38 Sicut luna stabilietur in seculum, & testis in caelo fidelis. *o Selah.*  
 39 Tu verò repulisti, & spreuisti, iratus es contra Christum tuum.  
 40 Abiecisti pactum serui tui: prophanasti proiciendo in terram diadema eius.  
 41 Rupisti omnes macerias eius, posuisti munitiones eius contritionem.  
 42 Diruperunt eum omnes transeuntes per viam: opprobrium est vicinis suis.  
 43 Exaltasti dexteram hostium eius, exhilarasti omnes inimicos eius.  
 44 Etiam retudisti aciem gladij eius, & non subleuasti eum in praelio.  
 45 Cessare fecisti splendorem eius, & solium eius in terram deiecisti.  
 G 46 Abbreuiasti dies adolescentiē eius, operuisti eum pudore. *o Selah.*  
 47 Usquequo Iehoua abscondes te in seculum, exardescet sicut ignis ira tua?  
 48 Memēto, ego quid sim, quod tempus: propter quid frustra creaueris omnes filios hominum?  
 49 Quis vir viuet, & non videbit mortem, eruet animam suam de manu sepulchri? *o Selah.*  
 50 Vbinam sunt misericordiae tuae antiquae Domine, quas iurasti Dauidi in veritate tua?  
 51 Recordare Domine opprobrij seruorum tuorum, quos fecero in sinu meo, opprobrij omnium fortium populorum:  
 52 Quia probris affecerunt inimici tui Iehoua, quia probris affecerunt vestigia Christi tui.  
 53 Benedictus Iehoua in seculum. Amen & amen.

P S A L M. X C.

*1 Deus perpetuus fidelium refugium, sicut ipse aeternus est. 3 Queritur de breuitate ac miseria vitae praesentis. 7 Breuitas huius vitae est pœna peccatorum nostrorum. 11 Oratio Domini ut meditatio huius vitae breuis seruiat ad sapientiam: atque ut placeatur leteturque de suo populo, quod eum afflixerit, eumque omnibus in rebus dirigat.*

*1 Oratio ipsius Moweh viri Dei.*

**D**omine habitaculum tu fuisisti nobis in generatione & generatione.

2 Priusquam montes nascerentur, & formares terram, & orbem, & à seculo & usque in seculum tu es Deus.  
 3 Conuertis hominem usque ad contritionē, & dicis, Reuertimini filij hominum.  
 4 Quoniā mille anni in oculis tuis sicut dies hesterni quum transierit, & custodia in nocte.  
 5 Inundas eos, ut somnus sunt: mane sicut herba, vires accipit,  
 6 Mane floret, & vires accipit: vesperi exciditur, & siccatur.  
 7 Quia cōsumimur in furore tuo: & in ira tua terremur.  
 8 Posuisti iniquitates nostras coram te, errores nostros in lumine vultus tui.  
 9 Quoniam omnes dies nostri declinauerunt propter iram tuam, consumpsimus annos nostros tanquam sermonem.  
 10 Dies annorū nostrorum quibus uiuimus, septuaginta anni: & si in fortitudinibus sit, octoginta anni: & fortitudo eorum peruersitas & iniquitas: quoniam recedit citò, & auolamus.  
 11 Quis cognoscit fortitudinem irae tuae? & ut timor tuus, ira tua.  
 12 Ut numeremus dies nostros, sic scire fac nos, & adducemus in cor sapientiam.  
 13 Conuertere Iehoua, usquequo? & placare super seruos tuos.  
 14 Satura nos mane misericordia tua, & exultabimus, & lætabimur omnibus diebus nostris.  
 15 Exhilara nos secundum dies quibus afflixisti nos, secundum annos quibus vidimus malum.  
 16 Conspiciatur in seruis tuis opus tuū, & gloria tua super filios eorum.  
 17 Et sit decor Domini Dei nostri super nos, & opus manuum nostrarum dirige super nos, opus inquam manuum nostrarum dirige.

P S A L M. X C I.

*2 Describit in qua securitate uiuat is qui omnem suam spem in Deo ponit, in enimq; plane at que eius protectionem se conicit: & quem admodum in omnibus afflictionibus ac tentationibus ab eo conseruatur. 11 Angeli custodes. 14 Promissio Dei facta in qua eum cognoscunt, amant, inuocant ut liberentur.*

**Q**ui habitat in abscondito Altissimi, & in umbra Omnipotentis commoratur:  
 2 Illi dicā de Iehoua spe mea, & arce mea, Deo meo in quo spero:  
 3 Certè ipse eruet te de laqueo venatoris, & peste prauitatum.  
 4 Alis suis reget te, & sub alis eius securus eris: scutum & clypeus veritas eius.  
 5 Non timebis à timore noctis, à sagitta quae volauerit per diem,  
 6 A peste quae in caligine ambulat, à peste quae vastat meridie.  
 7 Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextera tua: tibi tamen non appropinquabit.  
 8 Tantum oculis tuis aspicias, & retributionē impiorum videbis.  
 9 Quoniam tu dixisti, Iehoua spes mea: Excelsum posuisti habitaculum tuum,  
 10 Non accidet tibi malum: neque plaga appropinquabit tabernaculo tuo:  
 11 Quoniam angelis suis mandabit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis:  
 12 In manibus portabunt te, ne fortè impingat ad lapidem pes tuus.

*2. Petri. 3. b. 8*

**B**

**C**

*Eccli. 18. d. 9*

**D**

**B**

*Mat. 4. d. 6*

*Luc. 4. b. 10*

**D**

*2. Regum 7. d. 16  
 Ioan. 12. c. 34  
 Apoc. 1. d. 5  
 3. d. 5*

*2. Regum 7. b. 11*

- 13 Super leonem & basiliscum calcabis, conculcabis carulum leonis, & draconem.  
 14 Quoniam me valde amat, propterea eruam eum: exaltabo eum, quoniam agnoscit nomē meum.  
 15 Inuocabit me, & exaudiam eum, cum ipso ero in angustia, eruam eum, & glorificabo eū:  
 16 Longitudine dierum saturabo eū, & videre faciam eum salutem meam.

## P S A L M. X C I I.

*Psalms compositis ad canendum in die Sabbathi, vt excitetur populus ad recognoscendum, laudandumque Deum in eius operibus.  
 5 Latatur in operibus Dei. 7 Stulti non intelligunt impium florentem periturum. 11 Felicitas, prosperitasque iustorum, ac fidelium qui in domo Domini sunt plantati, vt eum laudent.*

- 1 Psalmus cantici in diem Sabbathi.  
 2 **B**onum est celebrare Iehouam, & psallere nomini tuo Altissime:  
 3 Annuntiare mane misericordiam tuam, & veritatem tuam in noctibus,  
 4 Super decachordo, & super nébel, cum cantico in cithara:  
 5 Quia lætificasti me Iehoua in operibus tuis, in operibus manuum tuarum exulto.  
 6 Quam magna sunt opera tua Iehoua: valde profundæ sunt cogitationes tuæ.  
 B 7 Vir insipiens non cognoscit, neque stultus intelligit istud:  
 8 Quod floreant impij sicut herba, & flores emittat omnes operarij iniquitatis, vt dissipentur ipsi in æternum.  
 9 Tu autem excelsus es in seculum Iehoua.  
 10 Quoniam ecce inimici tui Iehoua, quoniam ecce inimici tui peribunt, dissipabuntur omnes operarij iniquitatis.  
 11 Et exaltabis sicut vnicornis cornu meū, conspargar oleo viridi.  
 12 Et videbit oculus meus quod uolo in hostibus meis: de consurgentibus aduersum me, de malignantibus audient gratia aures meæ.  
 C 13 Iustus vt palma florebit, sicut cedrus in Libanon multiplicabitur.  
 14 Plantati in domo Iehouæ, in atrijs Dei nostri florebut.  
 15 Adhuc fructificabunt in senectute, pingues & virides erunt.  
 16 Ad annuntiandum quod rectus Iehoua est, fortitudo mea, neque sit iniquitas in eo.

## P S A L M. X C I I I.

*1 Laudat summam Domini potentiam ex creatione mundi. 3 Dominus deicit atque humiliat omnem populum aduersus eius potentiam se extollentem. 5 Promissiones Dei de sancta eius Ecclesia perpetuo mansura, sunt vera.*

- 1 **I**ehoua regnat, gloriam induit: induit Iehoua fortitudinem, accinxit se: etiam firmavit orbem, ne se moueat.  
 2 Stabilitum soliu tuum ex eo tempore: a seculo tu es.  
 3 Eleuauerunt flumina Iehoua, eleuauerunt flumina sonum suum, eleuauerunt flumina fluctus suos.  
 4 Magis quam sonitus aquarum multarum & fortium fluctuum maris, fortis est in excello Iehoua.  
 5 Testimonia tua fidelia sunt valde: domui tuæ decora est sanctitas, Iehoua, in longitudine dierum.

## P S A L M. X C I I I I.

*1 Orat dominum vt se vlciscatur de impijs innocentes affligentibus, vt eius potentiam cognoscant. 8 Ostendit impijs Deum videre atque cognoscere eorum scelera, etiam hominum cogitationes, vt se contineant. 13 Quies afflictus & quare. 14 Iudicio impioru facto, boni conabuntur recte viuere. 16 Fidelis nullum contra impios auxilium nisi a Deo reperit. 20 Consolatio fidelis quod Deus nunquam cum impijs consentit, sed pium defendit, & destruit impios.*

- 1 **D**eus vltionum Iehoua, Deus vltionum appare.  
 2 Eleua te iudex terræ, redde retributionem superbis.  
 3 Vsquequo impij Iehoua, vsquequo impij exultabunt,  
 4 Effutient, loquetur dura, extollēt se omnes operarij iniqui?  
 5 Populum tuum Iehoua conterunt, & hereditatem tuam affligunt:  
 6 Viduam & peregrinum interficiunt, & puillos occidunt:  
 7 Et dixerunt, Non videt Iah, neque intelligit Deus Iayacob.  
 8 Intelligite stupidi in populo: & fatui quando intelligetis?  
 9 An qui plantauit aurem, non audiet? an qui finxit oculum, non videbit?  
 10 An qui corripit Gentes, non arguet? an qui docet hominem scientiam, non cognoscat?  
 11 Iehoua cognoscit cogitationes hominum 1. Cor. 3. d. 20 quod sint vanitas.  
 12 Beatus vir quem erudieris Iah, & Legem tuam docueris.  
 13 Vt quietem praestes ei a diebus malis, donec fodiat impio fouea.  
 14 Quia nō derelinquet Iehoua populū suum, & hereditatem suam non derelinquet:  
 15 Nam tandem vsque ad iustitiam reuertetur iudicium, & post illam omnes recti corde.  
 16 Quis consurget pro me contra malignantes? quis stabit pro me contra operarios iniquos?  
 17 Nisi Iehoua auxilio fuisset mihi, breui habitasset in silentio anima mea.  
 18 Si dicebam, Motus est pes meus: misericordia tua Iehoua sustentauit me.  
 19 In multitudine cogitationum mearum in intimo meo, consolaciones tuæ lætificauerunt animam meam.  
 20 Nunquid sociabitur tibi thronus peruersitatum, creans iniquitatem in præcepto?  
 21 Congregant exercitum contra animam iusti, & sanguinem innocentem condemnant?  
 22 At Iehoua factus mihi pro arce, & Deus meus in petram fiduciam meam:  
 23 Et reddet eis iniquitatem eorum, & malis ipsorum succidet eos, succidet eos inquam Iehoua Deus noster.

## P S A L M. X C V.

*1 Gravis exhortatio ad laudandum Deum maximo animo, & quare. 6 Iterum summo studio hortatur omnes ad Deum adorandum qui noster est pastor, noscitur eius oues. 8 Commonitio ad populum Dei, ne sit incredulus inobediensque verbo Domini sicut fuerunt patres ipsius.*

- 1 **V**enite, exultemus Iehouæ, iubilemus rupe salutis nostræ:  
 2 Præoccupemus faciem eius cum laude, in canticis iubilemu ei:  
 3 Quoniam Deus magnus Iehoua, & rex magnus super omnes deos:  
 4 In cuius manu sunt ima terræ, & fortitudines

dines montium eius sunt:

- 5 Cuius est mare, & ipse fecit illud, & sicca manus eius formauerunt.
- 6 Venite, prosternamur, & incuruemus nos, genua flectamus coram Iehoua factore nostro.
- 7 Quia ipse est Deus noster, & nos populus pascuae eius, & pecus manus eius, hodie si vocem eius audieritis.
- 8 Ne obduretis cor vestrum sicut in Meriba, sicut in die Masa in deserto,
- 9 In quo tentauerunt me patres vestri, probauerunt me, etiam viderunt opus meum.
- 10 Quadraginta annis litigavi cum generatione hac, & dixi, Populus errans corde sunt, & ipsi non cognouerunt vias meas.
- 11 Propterea iuravi in furore meo, Si introibunt in requiem meam.

P S A L M. X C V I.

Summo studio inuitat omnes creaturas ad laudandum Deum, eiusque opera commemoranda, quod nunc regnet per filium suum Iesum Christum, de quo praecipue loquitur versu 10. & vlt.

- 1 Cantate Iehouae canticum nouum, cantate Iehouae omnis terra.
- 2 Cantate Iehouae, benedicite nomini eius, annuntiate de die in diem salutem eius.
- 3 Narrate in Gentibus gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius:
- 4 Quoniam magnus Iehoua, & laudabilis valde: terribilis est supra omnes deos.
- 5 Quoniam omnes dij populorum idola: Iehoua autem caelos fecit.
- 6 Gloria & decor coram eo: fortitudo & gloria in Sanctuario eius.
- 7 Afferte Iehouae familiae populorum, afferte Iehouae gloriam & fortitudinem.
- 8 Afferte Iehouae gloriam nominis eius, afferte munera, & introite atria eius.
- 9 Incuruate vos Iehouae in decore Sanctitatis, pauete a facie eius vniuersa terra.
- 10 Dicite in Gentibus, Iehoua regnat, etiam firmabitur orbis, non commouebitur, iudicabit populos in rectitudine.
- 11 Latentur caeli, & exulter terra: tonet mare, & plenitudo eius.
- 12 Exulter ager, & omne quod est in eo, & tunc exultabunt omnes arbores syluae.
- 13 Coram Iehoua, quia venit, quoniam venit iudicare terram: iudicabit orbem in iustitia, & populos in veritate sua.

P S A L M. X C V I I.

De regno Iesu Christi per quem Deus declarauit suam potentiam & gloria contra Gentiles atque idololatrias. Confusio in qui adorant imagines. 7. Israelitae audientes aduentum Iesu Christi letantur. 10. Exhortatio ad bene viuendum. 11. Iesus Christus lux omnium & letitia.

- 1 Iehoua regnat, exulter terra, latentur insulae multae.
- 2 Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudicium habitaculum solij eius.
- 3 Ignis coram eo ambulat, & exurit in circuitu hostes eius.
- 4 Illustrant fulgura eius orbem: videt, & tremet terra.
- 5 Montes sicut cera dissoluuntur a facie Iehouae, a facie domini totius terrae.
- 6 Annuntient caeli iustitiam eius, & videant omnes populi gloriam eius.
- 7 Pudore afficiantur omnes qui seruiunt sculptilibus, qui iactant se de idolis: incuruate vos

Exod. 20. 4. 4  
Leuit. 26. 4. 1  
Deut. 5. 4. 8

ei omnes dij.

- 8 Audiuit, & laetata est Sion: & exultauerunt filiae Iehudae propter iudicia tua Iehoua:
- 9 Quoniam tu Iehoua excelsus super omnem terram: valde exaltatus est super omnes deos.
- 10 Qui diligitis Iehouam, odio habete malum: custodit animas misericordium suorum, & manu impiorum eruit eos.
- 11 Lux facta est iusto, & rectis corde laetitia.
- 12 Laetamini iusti in Iehoua, & confitemini memoriae sanctitatis eius.

B  
Heb. 1. b. 6

Amos 5. d. 15  
Rom. 12. b. 15

P S A L M. X C V I I I.

Exhortatio vehemens, ardensque, ad laudandum Dominum pro beneficiis quae per Dauidem typum Christi Israel suo contulit.

1 Psalmus.

- 1 Cantate Iehouae canticum nouum, quia mirabilia fecit: seruauit eum dextera eius & brachium sanctitatis eius.
- 2 Notam fecit Iehoua salutem suam, in oculis Gentium reuelauit iustitiam suam.
- 3 Recordatus est misericordiae suae, & veritatis suae domui Israel: viderunt omnes fines terrae salutem Dei nostri.
- 4 Iubilate Iehouae omnis terra: vociferate, & exultate, & psallite:
- 5 Psallite Iehouae in cithara, in cithara & voce cantus,
- 6 In tubis classicis, & sonitu cornu, iubilate coram rege Iehoua.
- 7 Tonet mare, & plenitudo eius: orbis, & habitantes in eo.
- 8 Flumina plaudant manu, simul montes exultent
- 9 Coram Iehoua, quia venit iudicare terram: iudicabit orbem in iustitia, & populos in rectitudine.

Es. 4. 5. 2. 15

B

P S A L M. X C I X.

Deo regnante in Israel, eumque gubernante, omnes aduersarij erant attoniti ad potentiam iustitiamque eius regis. Exhortatio ad laudandum colendumque Deum exemplo Moysis, Aaronis, ac Samuelis, qui Dominum inuocantes exauditi fuerunt.

- 1 Iehoua regnat, contremiscunt populi: sedet inter Cherubim, contremiscit terra.
- 2 Iehoua in Sion magnus, & excelsus est super omnes populos.
- 3 Celebrabunt nomen tuum magnum & tremendum quod sanctum est.
- 4 Et fortitudo Regis iudicium diligit: tu apparas omnia ex rectitudine, iudicium & iustitiam in Iayacob tu fecisti.
- 5 Exaltate Iehouam Deum nostrum, & incuruate vos scabello pedum eius, quia sanctum est.
- 6 Moyses & Aharon inter sacerdotes eius, & Semuel inter inuocantes nomen eius: inuocabant Iehouam, & ipse exaudiebat eos.
- 7 In columna nubis loquebatur ad eos: custodiebant testimonia eius, & statutum quod dedit eis.
- 8 Iehoua Deus noster, tu exaudiebas eos, Deus parcens eras eis, & ultionem capiens de operibus eorum.
- 9 Exaltate Iehouam Deum nostrum, & incuruate vos monti sanctitatis eius: quoniam sanctus Iehoua Deus noster.

B

P S A L M. C.

Hortatur sanctos ut considerantes infinitam Dei bonitatem erga se, sepe & libenter incundemque templum adeant, ut eum laudent, ceterisque hoc modo ad eum adorandum excitentur.

P

1 Psalmus pro laude.

- 2 **I**ubilate Iehouæ omnis terra,  
3 Seruite Iehouæ in lætitia, ingredimini  
coram eo cum exultatione.  
4 Scitote quòd Iehoua, ipse est Deus, ipse fecit  
nos, & non ipsi nos: populus eius, & pecus pa-  
scuæ eius.  
5 Ingredimini portas eius cum celebratione,  
atria eius cum laude: celebrate illum, & bene-  
dicite nomini eius:  
6 Quoniam bonus est Iehoua, in seculum mi-  
sericordia eius, & vsq; in generationem & ge-  
nerationem veritas eius.

## P S A L M. C I.

*Describit quòd regimen tenere velit in regendo suo populo: seruus in  
omnibus bonitatem, innocentiam, equitatem: persequens malos, &  
bonos euebens.*

1 Ipsius Dauid psalmus.

- 2 **M**isericordiam & iudicium cantabo: tibi  
Iehoua psallam.  
3 Intelligam in via perfecta quando venies ad  
me, ambulabo in perfectione cordis mei, in  
medio domus meæ.  
4 Non ponam coram oculis meis rem impiã,  
quam designem, opus declinantium odiui, non  
adhærebit mihi.  
5 Cor prauum recedet à me, malum non ag-  
noscam.  
6 Detrahentem in secreto proximo suo, hunc  
succidam: elatum oculis, & latum corde ipsum  
non potero ferre.  
7 Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum:  
ambulans in via perfecta, iste ministrabit mihi.  
8 Non habitabit in medio domus meæ facies  
dolum: loquens mendacia non firmabitur co-  
ram oculis meis.  
9 Singulis matutinis succidam omnes impios  
terræ, vt exterminem de ciuitate Iehouæ omnes  
operarios iniquitatis.

## P S A L M. C I I.

- 1 **O**ratio populi fidelis pro reparatione tēpli, vrbisque euerse. 3 Pro  
cōsuetudine sanctorum maximo orat studio vt sua oratio exaudia-  
tur. 4 Describit summum suum dolorē & angorem. 7 Que-  
ritur se desertum ab omnibus, habitans quasi in desertis. 9 Op-  
probria ac contumelia inimicorum suorum, & propterea eius sē af-  
flictiones spiritus. 14 Exoptat & prædicat inſtaurationē tem-  
pli & vrbis. 15 Cyri & Darij benevolentia ac studium reficiē-  
dæ Ierosolymæ, ad gloriam Dei. 22 Laudes Deo per populos re-  
gnante ad Christum post reſtaurationē Ierusalē cōuerſa. 24 Que-  
ritur Iſrael de ruina ſua & diminutione, tum quum augeri incipie-  
bat: orans ne ante intereat, quàm Christus miſſus ſit. 26 Conſi-  
derans eternitatem Dei, ſe confirmat quòd præſtabit promiſſa, &  
quòd filij ſui perpetuò uiuent per Ieſum.

- 1 **O**ratio pauperis quum angustis afficietur, &  
coram Iehoua effundet orationem suam.  
2 **I**ehoua audi orationem meam: & clamor  
meus ad te veniat.  
3 Ne abscondas faciem tuam à me: in die an-  
gustia meæ inclina ad me aurem tuam: in die  
qua inuoco, festina exaudi me.  
4 Quia defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa  
mea tanquam focus exusta sunt.  
5 Percussum est velut herba, & exaruit cor  
meum, quia oblitus sum comedere panem meum.  
6 A voce gemitus mei adhæsit os meum carni  
meæ.  
7 Assimilatus sum pelicano deserti: fui sicut  
bubo solitudinum.  
8 **V**igilo, & sum sicut passer solitarius super  
tectum.

- 9 Tota die probris afficiunt me inimici mei,  
insanientes in me per me iurant.  
10 Quia cinerem tanquam panem manduca-  
ui, & potum meum cum fletu miscui  
11 A facie indignationis tuæ & iræ tuæ, quia  
eleuasti me, & proiecisti me.  
12 Dies mei sunt vt umbra inclinata, & ego si-  
cut herba areſcam.  
13 Tu autem Iehoua in seculum permanes: &  
memoria tui in generatione & generatione.  
14 Tu exurge, & miserearis Iſiion: quia tem-  
pus miserēdi eius, quia venit tempus statutū.  
15 Quoniam maximè diligunt serui tui lapides  
eius, & pulueris eius miseret eos.  
16 Et timebunt Gentes nomen Iehouæ, & om-  
nes Reges terræ gloriam tuam:  
17 Dū ædificauerit Iehoua Iſiion, & visus fue-  
rit in gloria sua.  
18 Et respexerit ad orationē eorum qui sunt uelut  
myricæ, & non spreuerit orationem eorum.  
19 Scribetur hoc pro generatione nouissima:  
& populus qui creabitur laudabit Dominum:  
20 Quia prospexit de excelso sanctitatis suæ,  
Iehoua è cælo in terram aspexit:  
21 Vt audiret gemitum victorum, vt solueret  
morti destinatos:  
22 Vt narrent in Iſiion nomen Iehouæ, & lau-  
dem eius in Ierusalaim,  
23 Quum congregati fuerint populi simul, &  
regna vt seruiant Iehouæ.  
24 Afflixit in via fortitudinē meam, abbrevia-  
uit dies meos.  
25 Dico, Deus mi, ne succidas me in dimidio  
dierum meorum: in generatione generatio-  
num anni tui.  
26 Antea terram fundasti, & opus manū tua-  
rum sunt cæli. Heb. 1. c. 10  
27 Ipsi peribunt, & tu perstabis, & omnia ipsa  
sicut vestimentum veterascent: veluti pallium  
mutabis eos, & mutabuntur:  
28 Tu autē ipse, & anni tui non consumentur.  
29 Filij seruatorum tuorum habitabunt, & semē  
eorum coram te stabilietur.

## P S A L M. C I I I.

1 Excitat se ad laudandum Deum, quòd peccata eis condonarit, mor-  
bisque liberarit, eique largitus sit omnia que ad vitam presentem  
sunt necessaria, atque ex aduersitate eripuerit. 6 Lex data per  
Mosen Iſraeli. 8 Declarat summā bonitatem ac misericordiam  
Dei proclius ad ignoscendum populo suo sicut optimi patris. 14 Vt  
ta humana fragilis & caduca. 17 Dominus æternus perpetuat  
suam misericordiam erga eos qui ipsum reuerentur, eiusque pactum  
custodiunt. 20 Hortatur & Angelos & homines ad laudan-  
dum Deum regem celi & terræ.

Ipsius Dauidis.

- 1 **B**enedic anima mea Iehouæ, & omnia in-  
teriora mea nomini sanctitatis eius.  
2 Benedic anima mea Iehouæ, & ne obliuiscaris  
omnium beneficiorum eius:  
3 Qui remittit omnes iniquitates tuas, qui  
sanat omnes infirmitates tuas,  
4 Qui redimit de fouea vitam tuam, qui coro-  
nat te in misericordia & miserationibus.  
5 Qui fatiat bono os tuum, & renouatur vt a-  
quilæ, iuuentus tua.  
6 Faciens iustitias Iehoua, & iudicia omnibus  
quibus vis infertur.  
7 Notas fecit vias suas Moſeh, filiis Iſrael B  
opera sua. Numer. 14.  
8 Misericors & clemens Iehoua, longus ira, &  
multus misericordia. c. 18.

9 Non

- 9 Non in seculum contendit, nec in seculum seruat iram.
- 10 Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.
- 11 Quoniam secundum altitudinem caeli super terram, roborauit misericordiam suam super timentes se.
- 12 Quantum distat Oriens ab Occidente, dista re fecit a nobis praeuaricationes nostras.
- C 13 Quomodo miseretur pater filiorum, misere tur Iehoua timentium se.
- 14 Quia ipse cognoscit figmentum nostrum, re cordatur quod puluis sumus.
- 15 Hominis sicut herba sunt dies: sicut flos a gri, sic floret:
- 16 Quoniam ventus transiit in illum, & non est, nec agnoscit eum: ultra locus eius.
- 17 Misericordia autem Iehouae a seculo & usque in seculum super timores eum, & iustitia eius super filios filiorum,
- D 18 Super custodientes pactum eius, & eos qui recordantur praecceptorum eius ad faciendum ea.
- 19 Iehoua in caelo praeparauit thronum suum, & regnum ipsius omnibus dominatur.
- 20 Benedicite Iehouae Angeli eius fortes robo re, facientes verbum eius, ad obtemperandum voci verbi eius.
- 21 Benedicite Iehouae omnes exercitus eius, ministri eius facientes voluntatem eius.
- 22 Benedicite Iehouae omnia opera eius, in om nibus locis dominationis eius: benedic ani ma mea Iehouae.

PSALM. CIII.

Laudes Deo pro creatione rerum omnium, earumque gubernatione ac prouidentia. 4 Venti, ipsius Dei nuntij. 5 Terra firmae aquae, montesque terminati. 10 Fontes in vallibus pro bestiis & auibus. 13 Pluuiae ad irrigandam terram, panemque, vinum, & oleum procreandum. 16 Arbores, montes, rupes. 19 Of ficiu lunae in nocte. 22 Sol, & homo ad opus suum. 24 Om nia a Deo facta in sapientia. 25 De summa Dei potentia & sapientia in mari, eiusque piscibus. 27 Prouidentia Dei erga ho mines, & bestias. 31 Gloria Domino qui montes tremefacit. 33 Promittit se Deum laudaturum. 35 Imprecatio aduersus impios.

- 1 **B**enedic anima mea Iehouae, Iehoua Deus mi magnificatus es vehementer: gloriam & decorem indutus es.
- 2 Qui operit se lumine tanquam vestimento, qui extendit caelum veluti cortinam.
- 3 Qui contignat aquis superiora sua, qui ponit nubes currum suum, qui ambulat super alas venti.
- Heb. 1. 7 4 Qui facit angelos suos, spiritus: ministros suos, ignem flammantem.
- 5 Fundauit terram super bases suas, ne moueat se in seculum & in seculum.
- 6 Voragine tanquam vestimento operueras eam: super montes steterant aquae.
- 7 Et tamen ab increpatione tua fugerunt, a sonitu tonitruu tui festinauerunt.
- 8 Tunc ascenderunt montes, descenderunt valles ad locum istum quem fundasti eis.
- B 9 Terminum posuisti eis quem non transibunt: non reuertentur ad operiendum terram.
- 10 Qui emittit fontes in conuallibus, inter montes ambulat.
- 11 Potum dant omnibus bestiis agrestibus, fragunt onagri sitim suam.
- 12 Iuxta eos fontes volucres caeli habitant, inter

- frondes dant vocem.
- 13 Qui irrigat montes de superioribus suis, de fructu operum tuorum satiabitur terra.
- 14 Qui germinare facit foenum pro iumentis, & herbam ad usum hominum, ut educat panem a terra: *Iosue 9. b. 13*
- 15 Et vinum quod laetificat cor hominis, ut facere nitere faciat praeter oleo: & panem qui cor hominis fulcit.
- 16 Saturantur arbores excelsae, cedri Lebanon quas plantauit,
- 17 Ut ibi aues nidificent: ciconiae, abietes sunt domus.
- 18 Montes excelsi ibicibus, petrae hospitium leporibus.
- 19 Fecit lunam in tempora, sol nouit occasum suum. C
- 20 Ponis tenebras, & est nox: in ipsa reptat omnis bestia syluestris.
- 21 Leunculi rugiunt ad praedam, & ad quaerendum a Deo escam suam.
- 22 Oritur sol, congregant se, & in habitaculis suis accubant.
- 23 Tunc egreditur homo ad opus suum, & ad culturam suam usque ad vesperam.
- 24 Quam multiplicata sunt opera tua Iehoua: omnia ipsa in sapientia fecisti: impleta est terra possessionibus tuis.
- 25 Hoc mare magnum, & latum locis: ibi reptilia quorum non est numerus, bestiae pusillae cum magnis.
- 26 Ibi naues ambulant, Liuiathan iste quem formasti ad ludendum in eo. *Iob 40. b. 10*
- 27 Vniuersa ipsa in te sperant, ut des escam ipsorum in tempore suo. D
- 28 Das eis, colligunt: aperis manum tuam, saturantur bono. *Psal. 140. c. 15*
- 29 Abscondis faciem tuam, turbantur: auferis spiritum eorum, deficiunt, & in puluere suum reuertuntur.
- 30 Mittis spiritum tuum, creantur: & innouas faciem terrae.
- 31 Erit gloria Iehouae in seculum, laetabitur Iehoua in operibus suis.
- 32 Qui aspicit terram, & tremittit: tangit montes, & fumant.
- 33 Cantabo Iehouae, in vita mea: psallam Deo meo quandiu ero.
- 34 Dulce erit ei eloquium meum, ego laetabor in Iehoua.
- 35 Confumantur peccatores de terra, & impij ultra ne sint: benedic anima mea Iehouae. Hallelu-Iah.

PSALM. CV.

Vehemens exhortatio ad Deum laudandum, inuocandum, quaerendum, eiusque praeciosa opera in memoriam reuocanda. 5 Appellat Israel, commemorat fides quod cum Abraham, Isaac, & Iacob constituerat. 12 Cura, & prouidentia quam de illis habuit, non permittens ut a quoquam tangerentur, nominans eos victos, hoc est sibi consecratos per spiritum sanctum, & suos Prophetas, quibus ut suis dilectis secreta sua communicauerat. 17 De fame in Israel, cui Deus prospexit ac consuluit per Ioseph. 23 Introitus filiorum Israel in Aegyptum, & quod illi euenit per Aegyptios, Aegyptiusque eorum causa. 37 Exitus ex Aegypto cum letitia, sicut Deus promiserat. 43 Eorum introitus in terram sanctam, & quare.

- 1 **C**elebrate Iehouam, inuocate nomen eius: *1. Par. 16. 4. 8*
- 2 Cognoscere facite in populis opera eius. *Es. 4. 12. b. 4*
- 3 Cantate ei, psallite ei, loquimini de vniuersis mirabilibus eius.
- 3 Gloriamini in nomine sancto eius, laetetur

- cor quærentium Iehouam.
- 4 Quærite Iehouam, & fortitudinem eius: quærite faciem eius semper.
- 5 Memento mirabiliū eius quæ fecit, & prodigiorum eius, & iudiciorum oris eius,
- 6 o Semen Abraham serui eius, o filij Iayacób electi eius.
- 7 Ipse est Iehoua Deus noster, in vniuersa terra iudicia eius.
- 8 Memor fuit in seculum pacti sui, verbi quod præceperat in mille generationes,
- 9 Quod pepigit cum Abraham, & iuramenti sui ad Iŵrahac.
- 10 Et statuit illud ipsi Iayacób in statutum, Iŵrahaceli in pactum sempiternum:
- 11 Dicendo, tibi dabo terram Chenayam funiculum hæreditatis vestræ.
- 12 Quum essent viri pauci numero, & pauco tempore peregrini fuissent in ea:
- B** 13 Et ambularent de gente ad gëtem, de regno ad populum alterum:
- 14 Non permisit hominē iniuria afficere eos, & corripuit propter eos, reges,
- 15 Ne tangatis Christos meos, & Prophetis meis ne malefaciatis.
- 16 Et vocauit famē super terram, omnem virgam panis contriuit.
- 17 Misit ante eos virum: pro seruo venditus est Ioséph.
- 18 Affixerunt compedibus pedem eius, & in ferrum venit anima eius,
- 19 Usque ad tempus quo venit verbum eius: eloquium Iehouæ purgauit eum.
- 20 Misit rex, & soluit eum: dominator populorum, & soluit eum.
- 21 Posuit eum dominum domus suæ, & dominatorem in omni possessione sua,
- 22 Ut alligaret principes eius secundum animam suam, & senes eius sapientes efficeret.
- 23 Et ingressus est Iŵrahacel Ægyptum, & Iayacób peregrinatus est in terra Cham:
- 24 Et auxit populum suum valde, & roborauit eum præ hostibus eius.
- 25 Conuertit cor eorum vt odio haberent populum suum: vt machinarentur dolos in seruos ipsius.
- 26 Tunc misit Mowseh seruum suum, & Aharon quem elegerat:
- 27 Qui posuerunt in eis verba signorum eius, & prodigia in terra Cham.
- 28 Immisit tenebras, & obscurauit: neque repugnarunt verbo eius.
- 29 Conuertit aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum.
- 30 Edidit terra eorum ranas, in cubilibus regum ipsorum.
- 31 Dixit, & venit cōgregatio mista bestiarum, pediculi in omni termino eorum.
- 32 Dedit pluuias eorū grandinem, ignem flammaram in terra eorum.
- D** 33 Et percussit vites eorum, & ficus eorum, & contriuit arbores termini eorum.
- 34 Dixit, & venit locusta, & brucus absque numero:
- 35 Et comedit omnem herbā in terra eorum, & comedit fructum terræ eorum.
- 36 Et percussit omnem primogenitum in terra eorum, primitias omnis roboris eorum.
- 37 Et eduxit eos cum argento & auro, nec fuit

- in tribubus eius debilis.
- 38 Letata est Ægyptus quum egressi sunt: quia irruerat pauor eorum super ipsos.
- 39 Expandit nubem in tentorium, & ignem ad illustrandam noctem.
- 40 Petiit, & adduxit corurnices: & pane celi saturauit eos.
- 41 Aperuit petram, & fluxerunt aquæ: abierunt per arida loca, instar fluminis.
- 42 Quoniam recordatus est verbi sanctitatis suæ, cum Abraham seruo suo:
- 43 Et eduxit populum suum in gaudio, cum iubilo electos suos.
- 44 Et dedit eis terras Gentium, & labores Populorum possederunt:
- 45 Vt custodirēt statuta eius, & leges eius conseruarent. Halelu-Iáh. Halelu-Iáh.

## P S A L M. CVI.

1 Populus Dei, Israel inter gentes sparsus, eas hortatur ad laudandam bonitatem Dei propositam quæritibus ipsam. 3 Exhortatio ad bene viuendum. 4 Orant vt Deus iuxta promissionem suā impertiat ipsis suam misericordiā, recolligens ipsos in terram sanctā. 6 Recognoscunt ac confitentur suā peccata patrumq; suorum, eorumq; rebelliones. 8 Cur Deus saluat populum suum. 9 Illi immemores beneficij quod in ipsos contulerat liberans eos ex seruitute Ægypti. 15 Coniuratio Coreh, Dathan, & Abiron contra Mosen & Aaronē. 19 Vitulus aureus, eorumq; idololatria obliuiscuntur beneficia Dei. 23 Moses pro eis orat. 25 Murratio ab illis facta aduersus speculatores missos ad explorandam bonitatem terræ sanctæ. 28 Eorum idololatria cum Moabitibus, qua Dominus iratus volebat eos perdere, ni Phinees eum placasset. 32 Murratio eorum ex inopia aquarum. 34 Eorum idololatria in terra Chanaan. 43 Summa Dei misericordiā in populum suum ita sepe rebellem, liberans eos ex ipsorum inimicis propter fidem suam cum eis initum. 47 Ardens oratio pro ipsorum liberatione. 48 Laudes Deo.

- C**elebrate Iehouam, quoniā bonus, quoniam in seculum misericordia eius.
- 2 Quis eloqueretur fortitudines Iehouæ & enarraret omnem laudem eius?
- 3 Beati qui custodiunt iudicium, qui faciunt iustitiam omni tempore.
- 4 Memento mei Iehoua in beneplacito populi tui: visita me in salute tua:
- 5 Vt videam bonum electorum tuorum, vt letter in lætitia gentis tuæ, & glorier cum hæreditate tua.
- 6 Peccaui cum patribus nostris, praua fecimus, impia fecimus.
- 7 Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua, non fuerunt memores multitudinis misericordiarum tuarum: sed rebellaerunt iuxta mare, in mari SSuph.
- 8 Seruauit tamen eos propter nomen suum, vt notam faceret fortitudinem suam:
- 9 Et increpuit mare SSuph, & siccatum est, & ambulare fecit eos per abyssos tanquam per desertum.
- 10 Et seruauit eos de manu odio habentis, & vindicauit eos de manu inimici.
- 11 Et operuerunt aquæ hostes eorum, ita vt vnus ex eis non remanserit.
- 12 Tunc crediderunt verbis eius, cantauerunt laudem eius.
- 13 Festinauerunt, obliuiscuntur operum eius, non expectauerunt consilium eius.
- 14 Et concupierunt concupiscentiam in deserto, & tentauerunt Deum in solitudine.
- 15 Et dedit eis petitionem eorum: veruntamē immisit maciem in animam eorum.
- 16 Et inuiderunt ipsi Mowse in castris, ipsi Aharon sancto Iehouæ.

& vsque in seculum: & dicat omnis populus, Amen.

PSALM. CVII.

Exhortatio ad omnes quos Dominus ex afflictione liberavit vt eis laudent. 4 Dominus in viam reducit vagos atque errantes. 5 Satiat fame ac siti laborantes, ad eumque clamantes, qua ex re laudandus est. 10 Captiuu vinclicque in carcere propter ipsoru rebelliones, consiliuq; Domini spretum, clamantes ad eum liberantur: itaque laudent eum. 17 Afflicti morbo propter ipsorum peccata, implorantes Deum liberantur: propterea eu laudent. 22 Sacrificare sacrificia gratiarum actionis. 23 Mercatores qui in mari negotiantur, vident mirabilia Dei cum maximis iactantur ventis: ad eum clamantes, ab eo in portum perducuntur, ac liberantur: ex quo ad laudandum excitantur. 33 Prauitas hominu est causa vt Deus reddat sterile id quod erat fertile. 35 Benedictio Dei, erga eos qui illi sunt obedientes. 40 Status etiam Principu contumacium a Domino immutatur. 41 Extollit pauperes, quemadmodum ei placet. 42 Recti ad sapientiam in hoc psalmo insituntur vt Deum cognoscant.

Halelu-Iah.

- 1 **C**elebrate Iehouam, quonia bonus, quonia in seculum misericordia eius.
- 2 Dicant redempti Iehouae, quos redemit de manu inimici,
- 3 Et de terris congregauit eos, ab Oriente & ab Occidente, ab Aquilone & a Mari.
- 4 *Quum* errarent in deserto in solitudine a via, & ciuitatem habitationis non inuenirent:
- 5 Famelici erant, etiam sitibudi, adeo ut anima eorum in ipsis deficeret:
- 6 Et clamauerunt ad Iehouam in angustia sua, de angustiis eorum eruit eos:
- 7 Et deduxit eos per viam recta, vt irent ad ciuitatem habitationis.
- 8 Celebrant ergo Iehouae misericordiam eius, & mirabilia eius filiis hominum *praedicent*,
- 9 Quod saturauerit animam auidam, & animam famelicam impleuerit bono.
- 10 Habitantes in tenebris, & umbra mortis, victi inopia & ferro,
- 11 Quia rebelles fuerunt eloquiis Dei, & consilium Altissimi despexerunt:
- 12 Propterea humiliavit in labore cor eorum, corruerunt, & non est auxiliator: **B**
- 13 Tunc clamauerunt ad Iehouam in angustia sua, & de angustiis eorum seruauit eos.
- 14 Eduxit eos de tenebris, & umbra mortis, & vincula eorum dirupit.
- 15 Celebrant ergo Iehouae misericordiam eius, & mirabilia eius filiis hominum *praedicent*,
- 16 Quod contriuerit portas aereas, & vectes ferreos confregerit.
- 17 Stulti propter viam prauaricationis suae, & propter iniquitates suas affliguntur:
- 18 Ita ut omnem escam abominetur anima eorum, & peruenerunt vsque ad portas mortis.
- 19 Tunc clamauerunt ad Iehouam in angustia sua, ab angustiis eorum seruauit eos.
- 20 Mittit verbum suum, & sanat eos, & eruit eos de foueis ipsorum.
- 21 Celebrant ergo Iehouae misericordiam eius, & mirabilia eius filiis hominum *praedicent*:
- 22 Et sacrificent sacrificia laudis, & narrer opera eius cum iubilo.
- 23 Descendentes ad mare nauibus, quique faciunt opus in aquis multis,
- 24 Ipsi vident opera Iehouae, & mirabilia eius in profundo. **C**
- 25 Dicitque, & flare facit spiritum turbinis, & exaltat fluctus eius.

Iudith 13. c. 21

- 17 Tunc aperuit se terra, & deglutiuit Dathá, & operuit congregationem Abiram:
- 18 Et exarsit ignis in congregatione istorum, flamma combussit impios.
- Exod. 32. d. 4 19 Fecerunt vitulum in Horeb, & incuruauerunt se conflatili:
- 20 Et permutauerunt gloriam suam in similitudinem bouis comedentis herbam.
- 21 Obliti sunt Dei saluatoris sui, qui fecerat magna in Aegypto,
- D 22 Mirabilia in terra Ham, terribilia in mari Suph.
- Exod. 32. c. 11 23 Et dixit se disperditurum eos, nisi Moseh electus eius steteret in ruptura coram eo, vt auerteret iram eius ne disperderet.
- 24 Spreuerunt etiam terram desiderabile, non crediderunt verbo eius.
- 25 Et murmurauerunt in tabernaculis suis, non obtemperauerunt voci Iehouae.
- 26 Et eleuauit manum suam super eos, se prostraturum eos in deserto:
- Num. 14. e. 28 27 Prostraturum etiam semen eorum in Gentibus, & dispersurum eos in terras.
- 28 Et adhæserunt ipsi Bayal-peyor, & comederunt sacrificia mortuorum.
- E 29 Et irritauerunt Deum operibus suis, & creuit in eis plaga.
- Num. 25. b. 7 30 Et stetit Pinnhas, & diiudicauit, & cohibita est plaga.
- 31 Et reputatum est ei ad iustitiam in generatione & generationem vsque in seculum.
- Num. 20. d. 2 32 Irritauerunt etiam eum iuxta aquas Meriba, & malum fuit ipsi Moseh propter eos:
- 33 Quia exacerbauerunt spiritum eius, & protulit labiis suis.
- Deut. 7. d. 1 34 Præterea non disperdiderunt populos quos dixerat Iehoua eis:
- 35 Sed miscuerunt se cum Gentibus, & didicerunt opera eorum:
- 36 Et seruierunt sculptilibus eorum, & fuerunt eis laqueus.
- F 37 Nam sacrificauerunt filios suos & filias suas daemonijs:
- 38 Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quos sacrificauerunt sculptilibus Chenayan, & infecta est terra sanguine.
- 39 Et polluerunt se in operibus suis, & fornicati sunt in operibus suis.
- 40 Et iratus est furor Iehouae in populū suum, & abominatus est hæreditatem suam:
- 41 Et dedit eos in manum Gentium, & dominati sunt eis odio habentes eos.
- 42 Et oppresserunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manu eorum.
- G 43 Vicibus multis liberavit eos, ipsi autē exacerbauerunt eum consilio suo, & humiliati sunt propter iniquitatem suam.
- 44 Tamē vidit quum esset angustia eis, quum audiret ipse clamorem eorum.
- Deut. 30. d. 1 45 Et recordatus est illis pacti sui, & poenituit eum secundum multitudinem miserationum suarum.
- 46 Et dedit eos in miserationes coram omnibus qui captiuos abduxerunt eos.
- 47 Serua nos Iehoua Deus noster, & congrega nos de Gentibus: vt celebremus nome sanctitatis tuae, vt gloriemur de laude tua.
- 48 Benedictus Iehoua Deus Iwfraxel a seculo

26 Ascendunt vsque ad cælum, descendunt vsque ad voragines: ita ut anima eorum in malo liquefiat.

27 Iactantur, & nutant sicut ebrii, ita ut omnis sapientia eorum absorbeat.

28 Tunc clamant ad Iehouam in angustia sua, & de angustiis eorum educit eos.

29 Stare facit turbinem in silerium, & silent fluitus eorum.

30 Tunc lætantur quod siluerunt, & deduxerit eos ad terminum voluntatis eorum.

31 Celebrat Iehouæ misericordiam eius, & mirabilia eius filiis hominum *predicent*:

32 Et exaltent eum in cœtu populi, & in cathedra seniorum laudent eum.

D 33 Ponit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim:

34 Terram fructiferam in falsuginem, propter malitiam habitantium in ea.

35 Contra ponit desertum in stagnum aquarum, & terram desertam in exitus aquarum:

36 Et collocat ibi famelicos, & præparant ciuitatem habitationis:

37 Et seminant agros, & plantant vineas, & faciunt fructum prouentus.

38 Et benedicit eis, & multiplicantur valde, & iumenta eorum non minuit.

39 Postea verò minuuntur, & humiliantur à tyrannide, malo & ægritudine animi.

40 Effundit contemptum in Principes, & errare facit eos in solitudine *in qua non est via*.

41 Contra subleuat pauperem ab inopia, & ponit eos instar gregis familiars.

Iob 22, c. 19 42 Vident hæc recti, & lætantur, & omnis iniquitas claudit os suum.

43 Quis sapiens & obseruabit hæc, & aduertet animum ad misericordias Iehouæ?

## P S A L M. C V I I I.

2 Hi quinque priores versus videntur desumpti ex psalmo LVII, ab 8. versu vsque ad finem psalmi. 7 Hi versus sunt idem atque qui sunt scripti in psalmo LX.

1 Canticum psalmi ipsius Dauid.

2 Paratum cor meum, Deus, catabo & psallam, etiam gloria mea.

3 Expergiscere nablum & cithara: cui gilabo in aurora.

4 Celebrabo te in populis Iehoua, & psallam tibi in nationibus:

5 Quia magna est supra cælos misericordia tua, & vsque ad cælos veritas tua.

Psal. 60. b. 7 6 Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua:

7 Ut liberentur dilecti tui: serua dextera tua, & exaudi me.

B 8 Deus locutus est per Sanctitatem suam unde exultabo, quod diuidam in Sechem, & vallem in Succoth meriar:

9 Meus erit Gilyad, meus erit Menasséh, & Ephraim fortitudo capitis mei: Iehudáh legifer meus:

10 Moáb olla ablutionis meæ, super Edóm proiciam calceamentum meum, super Pelésseth iubilabo.

C 11 Quis deducet me ad ciuitatem munitam? quis deducet me vsque ad Edóm?

12 Nonne tu Deus qui repuleras nos, nec egrediebaris Deus, cum exercitibus nostris?

13 Da nobis auxilium ab angustia: nam mēdax salus hominis,

14 In Deo faciemus fortitudinem, & ipse conculcabit hostes nostros.

## P S A L M. C I X.

1 Dauid à Doeg falso delatus ad Saulem, ab aliisq; adulatoribus qui contra eum Saulem incitabant, petit à Deo auxilium: oratq; aduersus illos. Per eos autem notatur Iudas proditor Iesu Christi, similesq; certi inimici filiorum Dei. 16 Cause præcedentium imprecationum. 21 Postulat auxilium à Deo, exponens illi suam miseriam. 26 Orat Deum ut ab eo ita subleuetur adiuueturq; ut inimici eius sentiant eam opem à manu Dei profectam esse, sicut declarat versu 27. 30 Vouet vota laudis, & quare.

1 Victori ipsius Dauid psalmus.

D Eus laudis meæ ne taceas: Quia os impij & os dolosi super me aperuerunt se, loquuti sunt mecum lingua mendaci:

3 Et verbis odiosis circumdederunt me, & pugnaverunt contra me absque causa.

4 Pro dilectione mea aduersati sunt mihi, & ego uir orationis eram.

5 Et posuerunt aduersum me malum pro bono, & odium pro dilectione mea.

6 Constitue super eum impium, & satan stet ad dexteram eius.

7 Dum iudicatur ipse, exeat impius: & oratio eius sit in peccatum.

8 Sint dies uitæ eius pauci, præfecturam eius accipiat alter. Ioth. 17. c. 13

9 Sint filij eius pupilli, & vxor eius vidua. Act. 1. d. 20

10 Et vagando vagentur filij eius, & mendicent, & querant uictum de suis desertis *prodeuntes*. B

11 Illaqueet scenerator omnia quæ sunt ei, & diripiant alieni laborem eius.

12 Ne sit ei extendens misericordiam, & ne sit qui misereatur pupillis eius.

13 Nouissimum eius excidatur, in generatione altera deleatur nomen eorum.

14 Reuocetur in memoriam iniquitas patrum eius apud Iehouam, & peccatum matris eius ne deleatur:

15 Sint coram Iehoua semper, & succidat è terra memoriam eorum:

16 Eo quod non est recordatus facere misericordiam, & persequutus est virum pauperem, & mendicum, & attrito corde, ut interficeret:

17 Et dilexit maledictionem, & venit ei: & noluit benedictionem, & elongauit se ab eo. C

18 Et induit maledictionem sicut vestimentum suum, & intrauit ut aqua interiora eius, & ut oleum in ossa eius.

19 Sit ei sicut vestimentum quo operiat se, & procingulo quo semper accingatur.

20 Hæc merces aduersariorum meorum à Iehoua, & loquentium malum contra animam meam.

21 Tu autem Iehoua Domine, fac mecum propter nomen tuum: quia bona est misericordia tua, erue me:

22 Quia pauper & egenus ego sum, & cor meum vulneratum est in visceribus meis.

23 Velut umbra dum declinat, ab eo, excutior ut locusta,

24 Genua mea debilitata sunt à ieiunio, & caro mea macruit à pinguedine.

25 Ego quoque sum opprobrium eis: quum vident me, mouent caput suum.

26 Adiuua me Iehoua Deus meus, serua me secundum misericordiam tuam:

27 Et sciant quod manus tua hoc, & quod tu Iehoua fecisti hoc.

28 Maledicent ipsi, & tu benedices: insurgent, & pudore

3 pudore afficietur: seruus autē tuus lætabitur.  
 29 Induantur aduersarii mei pudore, & ope-  
 riantur tanquam vestimento pudore suo.  
 30 Celebrabo Iehouam valde ore meo, & in  
 medio multorum laudo eum:  
 31 Quòd stet ad dexteram pauperis, vt seruet  
 eum à iudicantibus animam eius.

PSALM. CX.

1 Christi regnum post ascensionem. 3 Populus predicato Euan-  
 gelio se Christo sponte subiciens. 4 Christus sacerdos & me-  
 diator. 5 Christus iudex in Euangelij hostes.

1 Ipsius David psalmus.

**D**ixit Iehoua Domino meo, Sede ad dex-  
 teram meam, donec ponam inimicos  
 tuos scabellum pedibus tuis.

2 Virgam fortitudinis tuæ mittet Iehoua ex  
 Siion: dominare in medio inimicorū tuorū.

3 Populus tuus spontaneus in die exercitus  
 tui in splendoribus sanctitatis: ex vtero & ab  
 aurora tibi ros natiuitatis tuæ.

4 Iurauit Iehoua, & non pœnitebit eum, Tu  
 es sacerdos in seculum secundum morem  
 Malchi-ŷedec.

5 Dominus qui est ad dexteram tuam, vulne-  
 rabit in die furoris sui Reges.

6 Iudicabit in Gentibus, implebit loca cada-  
 ueribus, percutiet caput super terrā multam.

7 De torrente in via biber, propterea exalta-  
 bit caput.

PSALM. CXI.

1 Hortatur ad laudandum Deum, suo exemplo, totoq; corde, ac cum  
 fidelibus. 3 Extollit laudibus opera Dei facta in Israel. 4 Me-  
 moria operum Dei sempiterna. 6 Dedit terram Chanaan Is-  
 raelis secundum suas promissiones, quas fideliter iusteq; compluit,  
 conseruans & liberans ipsos ab inimicis. 10 Prudentia & sa-  
 pientia hominum in quo sita.

1 Halelu-Iáh.

**C**onfitebor Iehouæ toto corde in cœtu  
 rectorum & congregatione.

2 Magna opera Iehouæ, & explorata omni-  
 bus volentibus ea.

3 Gloria & decor opus eius, & iustitia eius  
 manet in seculum.

4 Fecit vt memoria celebrentur mirabilia  
 sua: clemens & misericors Iehoua.

5 Escam dedit timentibus se: quia memor  
 fuit in seculum pacti sui.

6 Fortitudinem operum suorum annuntia-  
 uit populo suo, & dādo eis hæreditatem Gen-  
 tium.

7 Opera manuum eius, veritas & iudicium:  
 & fidelia omnia præcepta eius:

8 Confirmata in perpetuum & in seculum,  
 & facta in veritate & rectitudine.

9 Redemptionem misit populo suo, & præ-  
 cepit in seculum seruari pactum suum: & san-  
 ctum & terribile nomen eius.

10 Principium sapiētiae, timor Iehouæ: & in-  
 tellectus bonus omnibus faciētibus ea: & laus  
 eius permanet in seculum.

PSALM. CXII.

1 Beatitudines eius qui timet Deum eiusq; mādta custodit. 8 Ope-  
 ra, ac probi mores ipsius timentis Dominum eoq; nitentis. 10 Im-  
 pius molestē ferens felicitatem fidelium, tandem peribit.

1 Halelu-Iáh.

**B**eatus vir qui timet Iehouam, & man-  
 datis eius delectatur valde.

2 Potens in terra erit semen eius, & genera-  
 tio rectorum benedicetur.

3 nOpes & diuitiæ in domo eius: & iustitia  
 eius manet in seculum.

4 Oritur in tenebris lumen rectis: n clemēs,  
 & misericors, & iustus Deus.

5 Bonus vir miseretur & commodat: & mo-  
 deratur res suas in iudicio.

6 Quia in seculum non mouebitur, & in me-  
 moria æterna erit iustus: B

7 Ab auditione mala non timebit, & quia pa-  
 ratum cor eius fidens Iehouæ.

8 Confirmatum cor eius, non timebit, & do-  
 nec videat in hostibus suis quod optat.

9 Dispergit ac dat pauperibus, & iustitia eius  
 manet in seculum: & cornu eius exaltabitur in  
 gloria. 2. Cor. 9. c. 9

10 Impius videbit, & irascetur, & dēribus suis  
 fremet, & tabescet: & desiderium impiorum  
 peribit.

PSALM. CXIII.

1 Exhortatio ad laudandum Deum pro ipsius prouidentia in celo &  
 in terra. 7 Prouidentia eius erga pauperes, ac mulieres steriles.

1 Halelu-Iáh.

**L**audate serui Iehouam, laudate nomen  
 Iehouæ.

2 Sit nomen Iehouæ benedictum ex hoc tem-  
 pore & vsque in seculum. Dan. 2. c. 20

3 Ab ortu solis vsque ad occasum eius, lauda-  
 bile nomen Iehouæ. Malach. 1. c. 6

4 Excelsus supra omnes gentes Iehoua, supra  
 cælos gloria eius. 11

5 Quis sicut Iehoua Deus noster, qui eleuat  
 sese ad habitandum?

6 Qui humiliat sese ad videndum ea que in cæ-  
 lo & in terra?

7 Qui erigit è puluere inopem, è stercore ele-  
 uat pauperem:

8 Vt sedere faciat eum cum principibus, cum  
 principibus populi sui:

9 Qui constituit sterilem, familiam matrem  
 filiorum, lætantem.

PSALM. CXIIII.

Breviter commemorat liberationem Israelis ab Aegyptijs, atque ali-  
 qua miracula illi facta.

Halelu-Iáh.

**Q**uom egredereetur Iŷraēl ex Aegyptō,  
 & familia Iayacób è populo barbaro: Exod. 14. c. 21

2 Fuit Iehudah sanctificatio ei, Iŷraēl  
 dominium eius.

3 Mare vidit & fugit, Iardén conuersus est re-  
 trorsum. Iosue 3. c. 13

4 Montes subsilierunt sicut arietes: & colles  
 sicut agni ouium.

5 Quid accidit tibi mare, quòd fugisti? quid tibi B  
 Iarden, quòd conuersus es retrorsum?

6 Et uos montes quòd subsilistis sicut arietes:  
 & uos colles vt agni ouium?

7 A facie Domini contremiscit terra, à facie  
 Dei Iayacób,

8 Qui cōuertit petram in stagnum aquarum,  
 filicem in fontem aquarum.

PSALM. CXV.

1 Vult omnem gloriam Deo tribui, non hominibus. 3 Quæ differen-  
 tia inter Deum & idola. 9 Exhortatio ad Iŷraēlem omnesq; fi-  
 deles, vt fiduciam suam in Deo collocent. 12 Promittit eis bene-  
 dictionem David, quamuis affligantur. 17 Orat pro liberatione  
 Israelis, vt liberati Deum laudare possint.

**N**on nobis Iehoua, non nobis, sed nomi-  
 ni tuo da gloriam, propter misericor-  
 diam tuam, propter veritatem tuam.

Matth. 22. d.

44

1. Corin. 15. d.

25

Hebr. 1. d. 13,

& 10. c. 12

Act. 2. c. 34

Heb. 5. b. 6, et

7. c. 17

104th. 12. c. 34

B

Proverb. 1. d.

7, & 9. c. 10

Eccli. 1. b. 16

- 2 Vtquid dicent Gentes, Vbi est nunc Deus eorum?
- 3 Certè Deus noster est in cælo: omnia quæ voluit fecit.
- 4 Simulachra autem eorum sunt argentum & aurum, opus manuum hominum.
- Sap. 15. 7 5 Os est eis, & non loquuntur: oculi sunt eis, & non vident.
- 6 Aures sunt eis, & nõ audiunt: nares sunt eis, & non odorantur:
- B 7 Manus sunt eis, & non palpant: pedes sunt eis, & nõ ambulant: non resonat gutture suo.
- 8 Sicut ipsa sint qui faciunt ea, omnis qui fidit eis.
- 9 Tu uero Iſrahel fide Iehouæ: nam auxilium eorum & clypeus eorum est.
- 10 Domus Aharón fidite Iehouæ: quia auxiliũ eorum, & clypeus eorum est.
- 11 Qui timeris Iehouam, fidite Iehouæ: quia auxilium eorum, & clypeus eorum est.
- 12 Iehoua memor fuit nostri, benedicet nobis: benedicet domui Iſrahel, benedicet domui Aharón.
- C 13 Benedicet timètibus Iehouam, pusillis cum magnis.
- 14 Adiiciet Iehoua super vos, super vos & super filios vestros.
- 15 Benedicti vos à Iehoua, qui fecit cælos & terram.
- 16 Cælum, cælum inquam Iehouæ est: terram autem dedit filiiis hominum.
- Baruch 2. d. 2 17 Non mortui laudabunt Iah, nec omnes descendentes in silentium.
- Dan. 2. c. 20 18 Nos autem benedicemus Iah ex hoc tempore & vsque in seculum.
- P S A L M. CXVI.
- 1 Dauid in deserto Maon obsessus ab afflictis Saulis liberatusq; à Domino, agnoscat beneficium: ac alios vt idem faciant cohortatur.
- 7 Ex letitia seipsum alloquitur, atque excitat ad reditum in Ierusalem vbi erat arca Dei testimonium presentie ipsius. 10 Certus de promissionibus Dei ipsum liberaturi, predicat veritatem eius.
- 12 Pro omnibus beneficijs, nihil aliud Deo præstare potest, quam gratiarum actionem & laudem, eiusq; perpetuam inuocationem.
- 15 Suo exemplo ostendit Dominũ summam curam habere afflictorum suorum. 17 Iterum promittit se redditurum vota & sacrificia laudis Deo debite coram omnibus.
- Halelu-Iáh.
- 1 Reg. 23. d. 1 1 Dilexi, quoniam audiuit Iehoua vocem meam, deprecationes meas.
- 2 Quia inclinauit aurem suam mihi, & in diebus meis inuocabo.
- 3 Circudederant me dolores mortis, & angustia inferni inuenerant me: angustiam & dolorem inueneram:
- 4 Nomen autem Iehouæ inuocaui, Quæso Iehoua erue animam meam.
- 5 Clemens Iehoua & iustus, & Deus noster miserans.
- 6 Custodit simplices Iehoua: attenuatus erã, & me seruauit.
- 7 Tunc dixi, Reuertere anima mea ad requiem tuam: quia Iehoua benefecit tibi.
- 8 Quia eripuisti animam meam à morte, oculum meum à lachryma, pedem meum ab impulsione.
- 9 Ambulabo corã Iehoua in terris viuètiũ.
2. Corin. 14. c. 22 10 Credidi, propterea locutus sum: ego afflitus eram valde,
- Rom. 3. d. 4 11 Ego dicebam in festinatione mea, Omnis homo mendax.
- 12 Quid reddam Iehouæ pro omnibus benefi-

- cijs eius que contulit in me?
- 13 Calicem salutum accipiam, & nomen Iehouæ inuocabo.
- 14 Vota mea Iehouæ reddam nunc coram omni populo eius.
- 15 Pretiosa in oculis Iehouæ mors misericordium eius.
- 16 Vtiq; Iehoua, quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, filius ancille tuæ: soluisti vincula mea.
- 17 Tibi sacrificabo sacrificiũ laudis, & nomen Iehouæ inuocabo.
- 18 Vota mea Iehouæ reddam nũc coram omni populo eius:
- 19 In atrijs domus Iehouæ in medio tui Ierusalem.

## P S A L M. CXVII.

Cohortatur Gentes ad laudandum Deum, quod ipsis etiam sicut Iudæis vitam æternam dederit.

Halelu-Iáh.

- 1 Laudate Iehouam omnes Gentes, laudate eum omnes populi:
- 2 Quoniã roborata est super nos misericordia eius, & veritas Iehouæ in seculũ.

## P S A L M. CXVIII.

1 Dauid ab inimicis suis liberatus constitutusq; rex super omnem Iſrahel, hortatur omnes ad gratias Deo agendas, eumq; laudandum.

6 Exauditus, Deumq; habens pro se, neminem metuit. 8 Commemorans liberationes factas per Dominum, docet in omnibus aduersitatibus sperandum esse in Deo, non in hominibus. 14 Fortitudo nostra. 15 Letitia. 17 Vita. 18 Castigatio. 19 Iubet sacerdotibus vt porta Tabernaculi aperiantur ei, ad gratias Deo agendas. 22 Dauid à Saule populoq; reiectus, tandem constitutus rex, typus Christi, ut ipse exponit apud Matthæum. 25 Acclamãt Christo ingredienti Ierusalem. 27 Exhortatio sacerdotum ad faciendam sacrificia pro aduentu Christi veri Dauidis.

Halelu-Iáh.

- 1 Confitemini Iehouæ quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.
- 2 Dicat nunc Iſrahel, quod in seculum misericordia eius.
- 3 Dicant nunc familiae Aharón, quod in seculum misericordia eius.
- 4 Dicant nunc qui timent Iehouam, quod in seculum misericordia eius.
- 5 De angustia inuocaui Iah, & exaudiuit me in latitudine Iah.
- 6 Iehoua mecum est, non timebo quid faciat mihi homo.
- 7 Iehoua mecum est inter auxiliares meos: propterea ego videbo quod opto in odio habentibus me.
- 8 Melius est sperare in Iehoua, quàm sperare in homine:
- 9 Melius est sperare in Iehoua, quàm sperare in principibus.
- 10 Omnes gentes circudederunt me: spero in nomine Iehouæ quod succidam eos.
- 11 Circudederunt me, etiam circudederunt me: spero in nomine Iehouæ q; succidam eos.
- 12 Circudederunt me velut apes, extincti sunt vt ignis spinarum: nam sperabam in nomine Iehouæ quod succiderem eos.
- 13 Impellendo impuleras me vt caderem, & Iehoua adiuuit me.
- 14 Nam fortitudo mea, & canticum Iah, & fuit mihi in salutem.
- 15 Vox iubilationis & salutis in tabernaculis iustorum dicentium, Dextera Iehouæ facit fortitudinem:
- 16 Dextera Iehouæ excelsa, dextera Iehouæ facit fortitudinem.

17 Non

- 17 Non moriar, sed viuā: & narrabo opera Iah.  
 18 Corripiedo corripuit me Iah, & morti non tradidit me.  
 19 Aperite mihi portas iustitiæ, ingrediar eas, & celebrabo Iah.  
 20 Hæc porta Iehouæ: iusti intrabunt per eam.  
 21 Confitebor tibi quod exaudieris me, & fueris mihi in salutem.  
 22 Lapis quem reprobauerunt ædificantes, fuit in caput anguli.  
 23 A Iehoua factum est hoc, & est mirabile in oculis nostris.  
 24 Hæc est Dies quam fecit Iehoua: exultemus & lætemur in ea.  
 25 Obsecro Iehoua saluum fac nunc, obsecro Iehoua da nunc foelicem successum.  
 26 Benedictus qui venit in nomine Iehouæ: benedicimus vobis de domo Iehouæ.  
 27 Fortis Iehoua, & illuxit nobis: ligare agnū funibus, vsque ad cornua altaris,  
 28 Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus, & exultabo te.  
 29 Cōfitemini Iehouæ, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

P S A L M. CXIX.

*In hoc psalmo demonstratur animus vere inflammatus desiderio studioq; Diuina Legi qui pro exemplo hic est propositus. Describit hominem esse beatum qui sollicitè studet conseruare Legem Dei. Petit item à Deo vt instruat ad eam custodiendam Quod verbum Domini est lux hominum. Conqueritur aliquando de suis inimicis, de impijs ac transgressoribus Legi Dei: contra quos precatur perspicuus maximum eorum contemptum.*

⌘ Aleph.

- 1 **B**eati perfecti via, qui ambulant in Lege Iehouæ.  
 2 **⌘** Beati qui custodiunt testimonia eius, toto corde quærunt eum:  
 3 **⌘** Etiam qui non operantur iniquitatem, sed in viis eius ambulant.  
 4 **⌘** Tu præcepisti mandata tua vt custodiantur valde.  
 5 **⌘** Vtinam firmentur viæ meæ ad custodiendum statuta tua.  
 6 **⌘** Tunc non pudore afficiar, cum inspexero ad omnia præcepta tua.  
 7 **⌘** Celebrabo te in rectitudine cordis, quum didicero iudicia iustitiæ tuæ.  
 8 **⌘** Statuta tua custodiam: ne derelinquas me diutius.  
 9 **⌘** In quo mundabit puer semitam suam? si custodiat eam iuxta verbum tuum.  
 10 **⌘** Toto corde meo exquisiui te, ne errare finas me à mandatis tuis.  
 11 **⌘** In corde meo abscondi eloquium tuum, ne peccem tibi.  
 12 **⌘** Benedictus es Iehoua, doce me statuta tua.  
 13 **⌘** Labiis meis narraui omnia iudicia oris tui.  
 14 **⌘** In via testimoniorū tuorum gauisus sum, vt in omnibus diuitiis.  
 15 **⌘** In præceptis tuis meditabor, & cōsiderabo semitas tuas.  
 16 **⌘** In statutis tuis delectabor, non obliuiscar verborum tuorum.  
 17 **⌘** Retribue seruo tuo vt viuam, & custodiam verbum tuum.  
 18 **⌘** Reuela oculos meos, & aspiciam mirabilia de Lege tua.

⌘ Gimel.

- 19 **⌘** Aduena ego sum in terra, ne abscondas à me præcepta tua.  
 20 **⌘** Confracta est anima mea desiderando iudicia tua omni tempore.  
 21 **⌘** Disperdidisti superbos: maledicti qui errāt à præceptis tuis.  
 22 **⌘** Remoue à me opprobriū & contemptrum: quia testimonia tua custodiui.  
 23 **⌘** Etiam federunt principes, & contra me locuti sunt: interea seruus tuus meditabatur in statutis tuis.  
 24 **⌘** Etiam testimonia tua sunt delectationes meæ, & viri consilij mei.  
 25 **⌘** Adhæsit pulueri anima mea, viuifica me secundum verbum tuum.  
 26 **⌘** Vias meas narraui tibi, & exaudisti me, doce igitur me statuta tua.  
 27 **⌘** Viam præceptorum tuorum fac me intelligere, & meditabor in mirabilibus tuis.  
 28 **⌘** Diffluit anima mea præ tristitia: confirma me iuxta verbum tuum.  
 29 **⌘** Viam mendacij amoue à me, & Lege tua dignare me.  
 30 **⌘** Viam veritatis elegi, iudicia tua posui coram me.  
 31 **⌘** Adhæsi testimoniis tuis Iehoua, ne pudore afficias me.  
 32 **⌘** Viam mādatorum tuorum curram, quum dilataueris cor meum.  
 33 **⌘** Doce me Iehoua viam statutorū tuorum, & custodiam eam usque in finem.  
 34 **⌘** Da mihi intelligentiam, & custodiam Legem tuam, & custodiam illam toto corde.  
 35 **⌘** Deduc me per semitam mādatorum tuorum, quia in ea est beneplacitum meum.  
 36 **⌘** Inclina cor meum ad testimonia tua, & non ad auaritiam.  
 37 **⌘** Auerte oculos meos, ne videāt vanitatem: in via tua viuifica me.  
 38 **⌘** Confirma seruo tuo eloquium tuum, qui timori tuo adheret.  
 39 **⌘** Aufer à me opprobrium meum quod timui: quia iudicia tua bona.  
 40 **⌘** Ecce, concupiui mandata tua: in iustitia tua viuifica me.  
 41 **⌘** Et obueniant mihi misericordiæ tuæ Iehoua: & salus tua secundum eloquium tuum:  
 42 **⌘** Et respondebo probriis afficienti me, verbum, quod spero in verbo tuo.  
 43 **⌘** Et ne eripias de ore meo verbum veritatis vsquequaque: quia iudicia tua exspecto.  
 44 **⌘** Et custodiam Legem tuam semper, in seculum & vsque in seculum.  
 45 **⌘** Et ambulabo in latitudine: quia mandata tua exquisiui.  
 46 **⌘** Et loquar de testimoniis tuis coram Regibus, neque pudore afficiar.  
 47 **⌘** Et delectabor in mandatis tuis quæ dilexi.  
 48 **⌘** Et leuabo palmas meas ad præcepta tua quæ dilexi, & meditabor in statutis tuis.  
 49 **⌘** Memento verbi seruo tuo, in quo sperare fecisti me.  
 50 **⌘** Hæc est consolatio mea in afflictione mea: quia eloquium tuum viuificauit me.  
 51 **⌘** Superbi deriserunt me plurimum; à Lege autem

- autem tua non declinaui.
- 52  $\gamma$ Recordatus sum iudiciorum tuorum à seculo Iehoua, & solatus sum memeripsum.
- 53  $\gamma$ Terror inuasit me propter impios dereliquentes Legem tuam.
- 54  $\gamma$ Cantus fuerunt mihi statuta tua in domo peregrinationum mearum.
- 55  $\gamma$ Recordatus sum nocte nominis tui, Iehoua, & custodiui Legem tuam.
- 56  $\gamma$ Hoc mihi euenit q̄, præcepta tua custodiui.  
 $\eta$  Heth.
- 57  $\eta$ Portio mea Iehoua, dixi: vt custodiam verbum tuum.
- 58  $\eta$ Deprecatus sum faciem tuam toto corde: miserere mei *igitur* secundum eloquium tuum.
- 59  $\eta$ Reputaui vias meas, & conuertii pedes meos ad testimonia tua.
- 60  $\eta$ Festinaui, & non tardaui custodire mandata tua.
- 61  $\eta$ Cateruæ impiorum prædatæ sunt me: at Legis tuæ non sum oblitus.
- 62  $\eta$ Media nocte surgo ad confitendum tibi super iudicia iustitiæ tuæ.
- 63  $\eta$ Socius sum omnibus qui timent te, & custodiunt præcepta tua.
- 64  $\eta$ Misericordiæ tuæ Iehoua plena est terra: statuta tua doce me.  
 $\upsilon$  Teth.
- 65  $\upsilon$ Bonū fecisti cum seruo tuo Iehoua, secundum verbum tuum.
- 66  $\upsilon$ Bonitatem sensus & scientiam doce me: quia præceptis tuis credidi.
- 67  $\upsilon$ Priusquam humiliarer, ego errabam: nūc autem eloquium tuum custodio.
- 68  $\upsilon$ Bonus tu, & benefic⁹: doce me statuta tua.
- 69  $\upsilon$ Concinnauerunt aduersum me mendacium superbi: ego autem toto corde custodio præcepta tua.
- 70  $\upsilon$ Impinguatum est sicut adeps cor eorum: ego autem Lege tua delector.
- 71  $\upsilon$ Bonum mihi est quod afflictus fuerim: vt discam statuta tua.
- 72  $\upsilon$ Melior est mihi Lex oris tui, quàm milia talenta auri & argenti.  
 $\iota$  Iod.
- 73  $\iota$ Manus tuæ fecerunt me, & preparauerunt me: fac me intelligere, & discam præcepta tua.
- 74  $\iota$ Tunc timentes te, videbunt me, & lætabuntur: quia verbum tuum expectaui.
- 75  $\iota$ Noui Iehoua quod iustitia sunt iudicia tua, & in veritate afflixisti me.
- 76  $\iota$ Sit quæso misericordia tua ad consolandū me, secundum eloquium tuum *quod loquutus es seruo tuo*.
- 77  $\iota$ Veniant mihi misericordiæ tuæ, & viam: quia Lex tua delectatio mea est.
- 78  $\iota$ Pudore afficiantur superbi, quoniam sine causa peruerterunt me: ego autem meditabor in præceptis tuis.
- 79  $\iota$ Conuertantur ad me qui timent te, & noverunt testimonia tua.
- 80  $\iota$ Sit cor meum perfectum in statutis tuis, ne pudore afficiar.  
 $\delta$  Caph.
- 81  $\delta$ Defecit ad salutem tuam anima mea, verbum tuum expecto.
- 82  $\delta$ Defecerunt oculi mei ad eloquium tuum, dicendo, Quando consolaberis me?
- 83  $\delta$ Quia fui sicut vtex in fumo: *attamen* statutorum tuorum non sum oblitus.
- 84  $\delta$ Quot sunt dies serui tui, quādo facies contra persequentes me iudicium?
- 85  $\delta$ Foderunt mihi superbi foueas: quod non est secundum Legem tuam.
- 86  $\delta$ Omnia mādāta tua veritas: sine causa persequuntur me, adiuua me.
- 87  $\delta$ Ferè consumpserunt me in terra: ego tamen non dereliqui præcepta tua.
- 88  $\delta$ Secundum misericordiam tuam viuifica me, & custodiam testimonium oris tui.  
 $\lambda$  Lamed.
- 89  $\lambda$ In seculum Iehoua verbum tuum permanet in cælo.
- 90  $\lambda$ In generationem & generationem veritas tua: fundasti terram, & perstat.
- 91  $\lambda$ Ad iudicia tua perstant vsq; ad hanc diem: quia omnia sunt serui tui.
- 92  $\lambda$ Nisi Lex tua delectationes meæ fuissent, tunc periissem in afflictione mea.
- 93  $\lambda$ In seculum non obliuiscar præceptorum tuorum: quia in ipsis viuificasti me.
- 94  $\lambda$ Tuus ego sum, serua me: quoniam præcepta tua quæsiui.
- 95  $\lambda$ Me expectauerunt impii ad perdendum me: testimonia tua perpendebam.
- 96  $\lambda$ Omni perfectioni vidi finem: latum præceptum tuum valde.  
 $\mu$  Mem.
- 97  $\mu$ Quàm diligo Legem tuam? omni die est meditatio mea.
- 98  $\mu$ Præ inimicis meis sapientem effecisti me præceptis tuis: quia in seculum sunt mihi.
- 99  $\mu$ Præ omnibus docentibus me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea sunt.
- 100  $\mu$ Præ senibus intellexi, quia præcepta tua custodio.
- 101  $\mu$ Ab omni semita mala prohibui pedes meos, vt custodiam verbum tuum.
- 102  $\mu$ A iudiciis tuis non recessi: quia tu docuisti me.
- 103  $\mu$ Quàm dulcia sunt palato meo eloquia tua, præ melle ori meo.
- 104  $\mu$ Ex præceptis tuis intelligentiā mihi comparauit: propterea odi omnē semitā mendacii.  
 $\nu$  Nun.
- 105  $\nu$ Lucerna pedi meo verbum tuum, & lumē semitæ meæ.
- 106  $\nu$ Iurauit, & præstabo, nempe custodire iudicia iustitiæ tuæ.
- 107  $\nu$ Affixi me vehementissime Iehoua, viuifica me secundum verbum tuum.
- 108  $\nu$ Voluntaria oris mei grata habeo quæso Iehoua, & iudicia tua doce me.
- 109  $\nu$ Anima mea in manu mea semper: tamen Legis tuæ non sum oblitus.
- 110  $\nu$ Posuerunt impii laqueum mihi: tamen à præceptis tuis non aberrauit.
- 111  $\nu$ Hæreditate accepi testimonia tua in seculum: quia gaudium cordis mei sunt.
- 112  $\nu$ Inclinaui cor meum ad faciendum statuta tua in seculum *vsque in æternum*.  
 $\sigma$  Samech.
- 113  $\sigma$ Cogitationes odi, & Legem tuam dilexi.
- 114  $\sigma$ Latibulum meum & scutum meum es tu, verbum tuum expecto.
- 115  $\sigma$ Recedite à me maligni, & custodiam præcepta Dei mei.
- 116  $\sigma$ Confirma me secundū verbum tuum, & vi uam:

- uam: & ne pudore afficias me ab expectatione mea.
- 117 **o** Sustenta me, & seruator: & delectabor in statutis tuis semper.
- 118 **o** Conculcasti omnes errantes à statutis tuis: quia mendacium est dolus eorum.
- 119 **o** Ut scorias cessare fecisti omnes impios terræ: ideo dilexi testimonia tua.
- 120 **o** Horrui præ timore tui caro mea, & à iudiciis tuis timui.
- y Ain.
- 121 **y** Feci iudicium & iustitiam: ne derelinquas me opprimentibus me.
- 122 **y** Oblecta seruum tuum bono, & ne vim inferant mihi superbi.
- 123 **y** Oculi mei defecerunt ad salutem tuam, & ad eloquium iustitiæ tuæ.
- 124 **y** Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, & statuta tua doce me.
- 125 **y** Seruus tuus ego sum, da mihi intelligentiam, & sciam testimonia tua.
- 126 **y** Tempus faciendi ó Iehoua: nam dissipauerunt legem tuam.
- 127 **y** Ideo dilexi præcepta tua magis quàm aurum & obrizum.
- 128 **y** Propterea omnia præcepta omnium præceptorum Legis recta esse censui: omnem semitam mendacij odi.
- n Pe.
- 129 **n** Mirabilia testimonia tua, ideo custodit ea anima mea.
- 130 **n** Ostium verborum tuorum illuminat, intelligere facit simplices.
- 131 **n** Os meum aperui, & aspiravi: quia præcepta tua desideravi.
- 132 **n** Aspice ad me, & miserere mei secundum consuetudinem tuam erga diligentes nomen tuum.
- 133 **n** Gressus meos dirige in verbo tuo, & ne dominetur mihi vlla iniquitas.
- 134 **n** Redime me ab oppressione hominum, & custodiam præcepta tua.
- 135 **n** Faciem tuam fac lucere super seruum tuum, & doce me statuta tua.
- 136 **n** Riui aquarum descenderunt ab oculis meis, propterea quòd non custodiebát Legem tuam.
- x Sade.
- 137 **x** Iustus es Iehoua, & rectum iudiciu tuum.
- 138 **x** Præcepisti iustitiam testimonia tua, & veritatem valde.
- 139 **x** Succidit me zelus meus: quia obliti erant verborum tuorum hostes mei.
- 140 **x** Repurgatus est sermo tuus valde: & seruus tuus diligit illum.
- 141 **x** Paruulus sum, & despectus, tamen præceptorum tuorum non sum oblitus.
- 142 **x** Iustitia tua, iustitia in seculum, & Lex tua veritas.
- 143 **x** Afflicte & angustia inuenerant me: uerum præcepta tua delectationes meæ fuerunt.
- 144 **x** Iustitia sunt testimonia tua in seculum: da mihi intelligentiam, & viam.
- v Coph.
- 145 **v** Clamauitoto corde, exaudi me Iehoua, & statuta tua: uisodiam.
- 146 **v** Clamauit te, serua me, & custodiam testimonia tua.
- 147 **v** Præuenicalios crepusculo, & clamor: quia verbum tuum: xpecto.
- 148 **v** Præuenierunt oculi mei vigilias ad medi-

- tandum in eloquio tuo.
- 149 **v** Vocem meam audi secundum misericordiam tuam, Iehoua: secundum iudicium tuum uiuifica me.
- 150 **v** Appropinquauerunt sceleri sequentes scelus: à Lege tua elongauerunt se.
- 151 **v** Propè ades tu Iehoua, & omnia præcepta tua sunt veritas.
- 152 **v** Pridem noui de testimoniis tuis, quòd uidentur in seculum, fundaueris ea.
- r Res.
- 153 **r** Vide afflictionem meam, & erue me: quia Legis tuæ non sum oblitus.
- 154 **r** Litiga litigium meum, & redime me: propter eloquium tuum uiuifica me.
- 155 **r** Longe abest ab impiis salus: quia statuta tua non inquirunt.
- 156 **r** Misericordiæ tuæ multæ Iehoua, secundum iudicia tua uiuifica me.
- 157 **r** Multi sunt persecutores me, & hostes mei: à testimoniis autem tuis non declinaui.
- 158 **r** Vidi præuaricantes, & tædio affectus sum, quòd eloquium tuum non custodirent.
- 159 **r** Vide quòd præcepta tua diligo Iehoua: secundum misericordiam tuam uiuifica me.
- 160 **r** Principium uerbi tui veritas: & in seculum omne iudicium iustitiæ tuæ.
- w Sin.
- 161 **w** Principes persecuti sunt me sine causa: & à uerbis tuis timuit cor meum.
- 162 **w** Gaudeo super eloquio tuo, sicut qui inuenit spolia multa.
- 163 **w** Mendacium odi & abominatus sum: Legem tuam dilexi.
- 164 **w** Septies in die laudo te super iudicia iustitiæ tuæ.
- 165 **w** Pax multa diligentibus Legem tuam, & non est eis offendiculum.
- 166 **w** Expectaui salutem tuam Iehoua, & præcepta tua feci.
- 167 **w** Custodiuit anima mea testimonia tua: & diligo ea uehementer.
- 168 **w** Custodiui præcepta tua & testimonia tua: quia omnes uia meæ sunt coram te.
- n Thau.
- 169 **n** Appropinquet clamor meus coram te Iehoua, secundum uerbum tuum da mihi intelligentiam.
- 170 **n** Veniat deprecatio mea coram te: secundum eloquium tuum erue me.
- 171 **n** Eructabunt labia mea laudem quum docueris me statuta tua.
- 172 **n** Loquetur lingua mea eloquiū tuum: quia omnia mandata tua sunt iustitia.
- 173 **n** Sit manus tua ad auxiliandum mihi: quoniam præcepta tua delegi.
- 174 **n** Desideraui salutem tuam Iehoua, & Lex tua delectationes meæ sunt.
- 175 **n** Viuet anima mea & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me.
- 176 **n** Erraui sicut ouis quæ perit: quære seruum tuū, quia mandatorū tuorū non sum oblitus.
- P S A L M. C X X.
- 1 **D** David orans Deum, exauditur. 2 Queritur de fallacibus linguis affectarum Saulis. 3 Viuere cum huiusmodi hominibus, perinde existimat, ac si apud Ismaelitas exularet. 4 In summo pacis studio eius, maxima illorum bellandi cupiditas.
- 1 **C**anticum graduum.
- A**D Iehouam in angustia mea clamaui, & exaudiuit me.
- 2 Iehoua

- 2 Iehoua eripe animam meam à labio méda-  
ci, à lingua dolosa.  
3 Quid dabit tibi, & quid apponet tibi lingua  
tua dolosa?  
4 Est uelut sagittæ potentis acutæ, cum carbo-  
nibus iuniperorum.  
B 5 Hei mihi quòd tãdiu peregriner in Mewsech,  
habitem cum tabernaculis Cedar:  
6 Quod tandiu habitet anima mea cum odio  
habente pacem.  
7 Ego uir pacis: & quum loquor, ipsi commo-  
uentur ad bellum.

## P S A L M. CXXI.

1 Dauid ad bellum proficiscens, leuat oculos ad cælos pro auxilio, de  
quo certus erat. 3 Hæc sunt uerba sacerdotum ac populi de au-  
xilio Domini regem confirmantis.

## 1 Canticum graduum.

2. Paral. 20.  
6. 17

- L**euo oculos meos ad môtes, unde ueniat  
auxilium meum.  
2 Auxilium meum à Iehoua qui fecit cælum  
& terram.  
3 Non dabit in commotionem pedem tuum,  
neque dormitabit qui custodit te.  
4 Ecce non dormitabit, neq; dormiet qui cu-  
stodit Iwfraxel.  
5 Iehoua custodit te, Iehoua umbra tua stans  
super manum dexteram tuam.  
6 Per diem sol non percutiet te, neque luna  
in nocte.  
7 Iehoua custodiet te ab omni malo, custo-  
dier animam tuam.  
8 Iehoua custodiet exitum tuum & introitum  
tuum, ex hoc tempore & usque in seculum.

## P S A L M. CXXII.

1 Studium populi Dei, ascendendi Ierosolymam cum cætu fidelium ad  
laudandum Deum: de quo dictum in Psalmis 42, & 84. per quam  
intelligitur Ecclesia Christi. 3 Laudat Ierosolymam propter con-  
cordiam ciuium: constitutum ut conuenientes in eam, Deum lauda-  
rent. 6 Preces pro ipsa Ierusalem, Ecclesia Christi.

## 1 Canticum graduum ipsius Dauidis.

- L**ætatus sum cum dicentibus mihi, In do-  
mum Iehouæ ibimus.  
2 Stantes fuerunt pedes nostri in portis tuis  
ô Ierusalaim.  
3 Ierusalaim quæ ædificatur ut ciuitas quæ  
coniuncta est sibi pariter.  
4 Quia illuc ascenderunt tribus, tribus Iah,  
quod est testimonium Iwfraxeli, ad celebrandum  
nomen Iehouæ.  
5 Quia illic collocatæ sunt sedes ad iudicium,  
sedes domus Dauid.  
6 Postulate pacem Ierusalaim: prosperè agant  
diligentes te.  
7 Sit pax in antemurali tuo: prosperitas in pa-  
latis tuis.  
8 Propter fratres meos & proximos meos lo-  
quar nunc pacem de te:  
9 Propter domum Iehouæ Dei nostri quæram  
bonum tibi.

## P S A L M. CXXIII.

2 Fideles contempti à diuitibus superbis, & irrisoribus sine intermis-  
sione opem à Deo flagitant.

## 1 Canticum graduum.

- D**e te leuo oculos meos, qui habitas in  
cælis.  
2 Ecce, sicut oculi seruatorum intenti sunt ad  
manum dominorum suorum: sicut oculi an-  
cillæ ad manum dominæ suæ: ita oculi no-  
stri ad Iehouam Deum nostrum, donec mi-

fereatur nostri.

- 3 Miserere nostri Iehoua, miserere nostri: quia  
multum saturati sumus despectione.  
4 Multum saturata est anima nostra subsanna-  
tione, subsannatione inquam opulentorum, despe-  
ctione superborum.

## P S A L M. CXXIII.

1 Israelitis commemorant ac predicant omnibus se liberatos esse à  
violentiâ Ammonitarum inimicorum suorum sola Domini ope,  
ostendentes illorum crudelitatem.

## 1 Canticum graduum ipsius Dauidis.

- N**isi quòd Iehoua fuit nobiscum, dicat nunc  
Iwfraxel:  
2 Nisi quòd Iehoua fuit nobiscum, quum in-  
surgerent aduersum nos homines,  
3 Tunc uiuos deglutissent nos: quum irasce-  
retur furor eorum in nos,  
4 Tunc aquæ inundassent nos, torrens per-  
transisset super animam nostram:  
5 Tunc inquam transisset super animam nostram  
aqua illa superba.  
6 Benedictus Iehoua, qui non dedit nos præ-  
dam dentibus eorum.  
7 Anima nostra sicut auis euasit de laqueo au-  
cupum: laqueus cõtritus est, & nos euasimus.  
8 Adiutoriũ nostrum in nomine Iehouæ, qui  
fecit cælum & terram.

## P S A L M. CXXV.

1 Fideles Deo fidentes custodiuntur ab eo ne se dedant iniquitati, si-  
cut Ierusalem custoditur à montibus eam cingentibus. 4 Oratio  
pro bonis ac rectis corde. 5 Hypocritis exitum, pax fidelibus.

## 1 Canticum graduum.

- Q**ui confidit in Iehoua, sunt ut môs rSiion  
qui non cõmouetur, sed in seculum per-  
manet.  
2 Ierusalaim, montes in circuitu eius: & Ie-  
houa in circuitu populi sui, ex hoc tempore  
& usque in seculum:  
3 Quia non requiescet virga impietatis super  
fortem iustorum: ne mittant iusti ad iniquita-  
tem manus suas.  
4 Benefac Iehoua bonis, & rectis in cordibus  
suis.  
5 Declinantes autem in peruersitates suas am-  
bulare faciet Iehoua cum operatibus iniqui-  
tatem: pax erit super Iwfraxel.

## P S A L M. CXXVI.

1 Lætitia, ac voluptas populi à captiuitate Babylonis redeuntis cum  
summa ceterorum populorum admiratione. 4 Orant ut plene  
liberentur ab inimicis. 5 Similitudine seminantis promittit sum-  
mam lætitiã & pacem populo cum maxima afflictione.

## 1 Canticum graduum.

- Q**uando redire fecit Iehoua captiuitatem  
rSiion, fuimus ueluti somniantes:  
2 Tunc repletum fuit risu os nostrum, &  
lingua nostra laude: tunc dixerunt inter Gen-  
tes, Res maximas Iehoua egit cum istis.  
3 Res maximas Iehoua fecit nobiscum, unde  
fuimus lætantes.  
4 Redire fac Iehoua captiuitatem nostram si-  
cut torrentes in Austro,  
5 Qui seminauerunt cum lachrymis, cum exul-  
tatione metent.  
6 Eundo ibit, & flendo, qui portat pretiosum  
semen: & ueniendo ueniet cum exultatione,  
reportans manipulos suos.

## P S A L M. CXXVII.

1 Omnem humanam diligentiam & sollicitudinem nihil prodesse, nisi  
Deus prouideat. 2 Familia & victus Deo quasi dormientibus  
suppedantur. 3 Liberi dantur à Deo ut subleuent parentem  
etiam cum reuocatus in iudicio fuerit.

- 1 Canticum graduum ipsi Salomoh.
- 2 Si Iehoua non edificet domum, frustra laborant edificantes eam: si Iehoua non custodiat ciuitatem, frustra vigilat custos.
- 3 Frustra vobis est maturantibus surgere, tardantibus sedere, edentibus panem dolorum: sic dabit dilecto suo somnum.
- 4 Ecce hereditas Iehouae, filij: merces, fructus ventris.
- 5 Ut sagittae in manu potentis: ita filij iuuentutum.
- 6 Beatus vir qui impleuit pharetram suam ipsis: non afficientur pudore quum loquuti fuerint cum inimicis in porta.

PSALM. CXXVIII.

Describit felicitatem coniugum Deum timentium atque in eius viis ac mandatis ambulantium.

- 1 Canticum graduum.
- 2 Beatus omnis qui timet Iehouam, qui ambulat in viis eius:
- 3 Laborem manuum tuarum quia comedes: beatus eris, & bonum tibi erit.
- 4 Vxor tua erit sicut vitis fructificans in lateribus domus tuae: & filij tui sicut plantationes olearum in circuitu mensae tuae.
- 5 Ecce certe sic benedicetur vir qui timet Iehouam.
- 6 Benedicet tibi Iehoua ex Sion, & videbis bonum Ierusalaim omnibus diebus vitae tuae:
- 7 Et videbis filios filiorum tuorum, & pacem super Iisrahel.

PSALM. CXXIX.

Populus fidelis gloriatur se superasse omnes conatus inimicorum suorum auxilio solius Dei. 4 Impiorum interitus, qui sicut herba in tectis enascens subito peribunt.

- 1 Canticum graduum.
- 2 Multum angustias affecerunt me ab adolescentia mea, dicat nunc Iisrahel:
- 3 Multum inquam angustias affecerunt me ab adolescentia mea: verum non preualuerunt mihi.
- 4 Supra dorsum meum arauerunt arates, prolongauerunt sulcum suum.
- 5 Iehoua autem iustus praecidit funes impiorum.
- 6 Pudore afficientur, & conuertentur retrorsum omnes qui odio habent Sion.
- 7 Erunt vt herba tectorum, quae antequam egrediatur, aruit:
- 8 Qua non impleuit manum suam qui metit, nec brachium suum qui congregat manipulos:
- 9 Neque dicent transeuntes, Benedictio Iehouae super vos, benedicimus vobis in nomine Iehouae.

PSALM. CXXX.

Israel captiuus in Babylone, in profundo suae calamitatis orat Deum. 3 Nullus iustus coram Deo. 4 Propitiatio apud Deum. 5 Declarat summum studium orandi Deum. 7 Exhortatio ad expectandam liberationem calamitatibus propter peccata immisisis.

- 1 Canticum graduum.
- 2 De profundis clamo ad te o Iehoua,
- 3 Iehoua audi vocem meam: sint aures tuae intentae ad vocem deprecationis meae.
- 4 Si iniquitates obseruaueris o Iah, Domine quis stabit?
- 5 Quia tecum est venia, vt timearis.
- 6 Expectaui Iehouam: expectauit anima mea, & in verbo eius speraui.
- 7 Anima mea expectat Dominum magis quam custodes ipsum mane, magis inquam quam custo-

- des ipsum mane.
- 8 Expectet Iisrahel Iehouam: quia cum Iehoua est misericordia, & multa apud eum redemptio.
- 9 Et ipse redimet Iisrahel ex omnibus iniquitatibus eius.

PSALM. CXXXI.

Dauid expulsus ostendit se perpetuo in humilitate ambulasse, neque unquam regnum Saulis affectasse. 3 Exhortatio ad liberationem semper sperandam a Deo.

- 1 Canticum graduum ipsius Dauid.
- 2 Iehoua, non est exaltatum cor meum, neque exaltati sunt oculi mei, neque ambulauimus in magnis, neque in mirabilibus supra me.
- 3 Si non posui, & silere feci animam meam, sicut ablactatus silere solet apud matrem suam, haec faciat mihi Deus: sicut ablactatus, est apud me anima mea.
- 4 Expecta Iisrahel Iehouam ex hoc tempore & usque in seculum.

PSALM. CXXXII.

Precatio Dauid vt Deus institutum suum de edificando templo perficiat: simul canit sibi indicatum fuisse, Sion sedem fore domus Dei, id est Ecclesiae & regni aeterni Christi.

- 1 Canticum graduum.
- 2 Memento Iehoua Dauid, cum omni afflictione eius:
- 3 Qui iurauit Iehouae, vouit potenti ipsius Iacob,
- 4 Si introiero in tabernaculum domus meae, si ascendero super lectum strati mei,
- 5 Si dederam somnum oculis meis, palpebris meis dormitationem:
- 6 Donec inuenero locum Iehouae, mansiones forti ipsius Iacob.
- 7 Ecce, audiuimus eam in Ephrathah: inuenimus eam in campis syluae.
- 8 Introibimus in mansiones eius, incuruabimus nos scabello pedum eius.
- 9 Surge Iehoua ut uenias ad requiem tuam, tu & arca fortitudinis tuae.
- 10 Sacerdotes, tui induant iustitiam, & sancti tui exultent.
- 11 Propter Dauid seruum tuum, ne auertas faciem Christi tui.
- 12 Iurauit Iehoua ipsi Dauid veritatem, non auerteretur ab ea, De fructu ventris tui ponam super solum tuum.
- 13 Si custodierint filij tui pactum meum, & testimonium meum quod docebo eos: etiam filij eorum usque in seculum sedebunt super solum tuum.
- 14 Quoniam elegit Iehoua Sion, expetiuit vt esset habitaculum sibi.
- 15 Haec requies mea usque in seculum: hic habitabo, quoniam expetiui eam.
- 16 Elsae eius benedicendo benedicam, pauperes eius saturabo pane.
- 17 Sacerdotes autem eius induam salute: & sancti eius exultando exultabunt.
- 18 Ibi oriri faciam cornu ipsi Dauid, parabo lucernam Christo meo.
- 19 Inimicos eius induam pudore: & super eum florebit diadema eius.

PSALM. CXXXIII.

Ostendit quam grata sit Deo concordia fratrum.

- 1 Canticum graduum ipsi Dauid.
- 2 Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres etiam simul.

2 Paral. 6. 8. 41

2 Reg. 7. c. 12 Luc. 1. c. 55 Act. 2. c. 30

Luc. 1. 8. 69 Malach. 3. 1. 1

- 2 Est sicut unguentum optimum super caput, descendens super barbam, barbā Aharón: quod descendit super oram vestimentorum eius:  
3 Et sicut ros Hermon qui descendit super montes Sion: quoniam illuc præcepit Iehoua benedictionem, & vitam usque in seculum.

## P S A L M. CXXXIII.

Exhortatio tam ad Levitas quam ad populum ut Deum laudent.  
3 Oratio Levitarum pro populo.

## 1 Canticum graduum.

**E**cce, benedicite Iehouæ omnes serui Iehouæ, qui statis in domo Iehouæ in noctibus:

- 2 Attollite manus vestras ad Sanctuarium, & benedicite Iehouæ.  
3 Benedicat tibi Iehoua ex Sion qui fecit cælum & terram.

## P S A L M. CXXXV.

1 Hortatur Sacerdotes ac Levitas, qui assidue in templo versabantur, ad laudandum Deum quod Iacob elegerit pro sua hereditate, ac quod potes sit facere omnia quæ vult in celo, terra, & mari: inter cetera imbres, tonitrua, vètsque commemorans. 8 Opera eius facta ad liberandum suum populum e terra Ægypti, introducendumque in terram Chanana. 13 Gloria & memoria Dei est magna ex eo quod semper populum suum de manu inimicorum liberauerit. 15 Irridet imagines & idola eorum, qui illa adorant. 19 Exhortatio ad laudandum Dominum.

## 1 Halclu-Iah.

**L**audate nomen Iehouæ, laudate serui Iehouæ:

- 2 Qui statis in domo Iehouæ, in atrijs domus Dei nostri.  
3 Laudate Iah, quia bonus Iehoua: psallite nomini eius, quia iucundum est:  
4 Quoniam Iayacób elegit sibi Iah, & Iwfraxelem in peculium sibi.  
5 Quia ego noui quod magnus est Iehoua, & Dominus noster præ omnibus diis.  
B 6 Omnia quæ voluit Iehoua fecit in celo & in terra, in maribus & omnibus voraginibus.  
Iere. 10. b. 13 7 Qui ascendere facit nubes ab extremo terræ: fulgura cum pluuia ipsa facit, qui educit ventum de thesauris suis.  
Exod. 12. e. 29 8 Qui percussit primogenita Ægypti ab homine usque ad iumentum.  
9 Misit signa & prodigia in medio tui Ægypte, in Paryóh & in omnes seruos eius.  
C 10 Qui percussit Gentes multas, & occidit reges potentes,  
Num. 21. a. 1, 24. g. 33 11 Sindhón regem Æmoræum, & Og regem Bawfan, & omnia regna Chenayan.  
Iosue 12. c. 7 12 Et dedit terram eorum hereditatem, hereditatem ipsi Iwfraxel populo suo.  
13 Iehoua nomen tuum in seculum, Iehoua memoria tua in generationem & generationem:  
D 14 Quia iudicabit Iehoua populum suum, & super seruis suis penitentia ducetur.  
15 Simulachra Gentium argentum & aurum, opus manuum hominis.  
16 Os est eis, & non loquuntur: oculi sunt eis, & non vident.  
17 Aures sunt eis, & non auscultant: etiam non est spiritus in ore ipsorum.  
18 Sicut ipsa sint facientes ea, atque omnis qui fidit eis.  
19 Familiæ Iwfraxel benedicite Iehouæ: familiæ Aharón benedicite Iehouæ.  
20 Familiæ Leui benedicite Iehouæ: qui timetis Iehouam benedicite Iehouæ.  
21 Benedictus Iehoua ex Sion, qui habitat in

## Ierusaláim. Halclu-Iah.

## P S A L M. CXXXVI.

Exhortatio ad laudandum Deum cum propter creationem rerum ab eo factarum, tum propter beneficia eius erga Israel liberatum ex captiuitate Ægypti, atque in terram Chanana introductum.

- 1 **C**elebrate Iehouam: quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.  
2 Celebrate Deum deorum: quoniam in seculum misericordia eius.  
3 Celebrate Dominum dominorum: quoniam in seculum misericordia eius.  
4 Eum qui facit mirabilia magna solus: quoniam in seculum misericordia eius.  
5 Eum qui fecit cælos cum intelligentia: quoniam in seculum misericordia eius. Genes. 1. d. 1. 5  
6 Eum qui extendit terram super aquas: quoniam in seculum misericordia eius. Genes. 1. d. 6 Iere. 10. b. 12. 7 51. b. 15  
7 Eum qui fecit luminaria magna: quoniam in seculum misericordia eius. Genes. 1. b. 14  
8 Solem in dominium in die: quoniam in seculum misericordia eius.  
9 Lunam & stellas in dominia in nocte: quoniam in seculum misericordia eius. B  
10 Eum qui percussit Ægyptum in primogenitis eorum: quoniam in seculo misericordia eius. Exo. 12. c. 29  
11 Eum qui eduxit Iwfraxelem de medio eorum: quoniam in seculo misericordia eius. Exo. 12. c. 37. 13. c. 47  
12 In manu forti, & brachio extento: quoniam in seculo misericordia eius.  
13 Eum qui diuisit mare Sush in diuisiones: quoniam in seculo misericordia eius.  
14 Et transire fecit Iwfraxelem per medium eius: quoniam in seculo misericordia eius. C  
15 Excussit autem Paryóh, & exercitum eius in mari Sush: quoniam in seculo misericordia eius. Exo. 14. g. 28  
16 Qui deduxit populum suum per desertum: quoniam in seculo misericordia eius.  
17 Eum qui percussit Reges magnos: quoniam in seculo misericordia eius.  
18 Et occidit Reges potentissimos: quoniam in seculo misericordia eius. Num. 21. c. 24  
19 Sindhón Regem Æmoræum: quoniam in seculo misericordia eius.  
20 Et Og regem Bawfan: quoniam in seculo misericordia eius. Num. 21. g. 35  
21 Et dedit terram eorum in hereditatem: quoniam in seculo misericordia eius. Iosue 12. c. 7 D  
22 Hereditatem Iwfraxeli seruo suo: quoniam in seculo misericordia eius.  
23 Qui in deiectione nostra memor fuit nostri: quoniam in seculo misericordia eius.  
24 Et vindicauit nos ab hostibus nostris: quoniam in seculo misericordia eius.  
25 Qui dat panem omni carni: quoniam in seculo misericordia eius.  
26 Celebrate Deum cæli: quoniam in seculo misericordia eius.

## P S A L M. CXXXVII.

1 Sacerdotes, ac Levites, cantoresque Babylone captiui cum populo Israel, queruntur se inuitari ad cantationes Ierusalem. 5 Protestantur se nunquam oblivioni daturus Ierusalem. 7 Orant contra Iudæos inimicos incitantes. 8 Predicit excidium Babylonis.

- 1 **I**uxta flumina Babel illic sedimus, etiam fleuimus dum recordaremur Sion.  
2 Super salices in medio eius suspendimus citharas nostras.  
3 Quum ibi postulauerunt à nobis qui captiuos duxerunt nos, ut diceremus verba cantici: & citharis nostris suspensis uerba lætitiæ, dicentes,  
Cantate

Cantate nobis de cantico Sion: respondimus,

- 4 Quomodo cantabimus canticum Iehouæ in terra alienigenarum?
- 5 Si oblitus fuero tui ð Ierusalem: obliuiscatur dextera mea pulsationis sue.
- 6 Adhæreat lingua mea palato meo, si nõ meminero tui: si non ascendere fecero Ierusalem super caput lætitiæ meæ.
- 7 Recordare Iehoua filiorum Edóm, diei Ierusalem, qui dicebant, Discooperite, discooperite usque ad fundamentum in ea.
- 8 Filia Babel vastata, beatus qui retribuere tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis.
- 9 Beatus qui apprehendet, & allidet paruulos tuos ad perram.

Esai. 13. c. 16

PSALM. CXXXVIII.

1 Dauid maximo animo laudat bonitatem Domini erga se, in eo quod se à Saule deuictum restituerit in sedem. 7 Expertus tantam Domini bonitatem, de eius auxilio confidit in futurum.

1 Ipsi David.

**C**elebrabo te toto corde meo: coram diis psallam tibi.

- 2 Incuruabo me versus templum sanctitatis tue, & celebrabo nomen tuum super misericordia tua, & super veritate tua: quoniam magnificasti super omnia nomen tuum, & eloquium tuum.
- 3 In die qua inuocaui te, exaudisti me: roborasti me in anima mea fortitudine.
- 4 Confitebuntur tibi Iehoua omnes Reges terræ: quia audierunt eloquia oris tui:
- 5 Et cantabunt in viis Iehouæ, dicentes, quod magna est gloria Iehouæ:
- 6 Nam excelsus Iehoua, & tamen humilem inuenerit, & excelsum è longinquo cognoscit.
- 7 Si ambulauero in medio angustiarum, uiuificabis me: contra iram inimicorum meorum mittes manum tuam, & seruabit me dextera tua.
- 8 Iehoua perficiet pro me opus suum: Iehoua misericordia tua in seculum: opus manuum tuarum non dimittes.

PSALM. CXXXIX.

Dauid à suis inimicis accusatus proditoris, adhibet Dominum testem qui eum planè cognoscit. 5 Causa cur eum debeat cognoscere. 7 Ostendit quemadmodum Deus ubique presens est spiritu suo ac virtute, ut nihil possit ei absconditum esse. 13 Considerans amplius admirabilem creationem hominis, mirandaque eius consilia ac cogitationes, ad ipsum laudandum commouetur. 19 Optat exitum inimicorum suorum, Saulis ac ceterorum, qui odio Domini affecti, ipsum quoque oderant. 23 Deum testem facit suæ conscientie, pique in inimicos suos odij.

1 Victori ipsi David.

Iehoua probasti me, & cognouisti:

- 2 Tu cognoscis sessionem meam & surrectionem meam, intelligis cogitationem meam longe antè.
- 3 Semitam meam & accubitum meum cingis: & omnibus viis meis assueuisti:
- 4 Quia necdum est sermo in lingua mea, ecce Iehoua tu nosti totum ipsum.
- 5 Retro & antè formasti me, & posuisti super me manum tuam.
- 6 Mirabilior est scientia à me, excelsa est, non potero ad eam attingere.
- 7 Quò ibo à Spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam?
- 8 Si ascendero in caelum, ibi es: & si stratum fecero in inferno, ecce tu ades.
- 9 Si assumam alas auroræ, & habitem in nouissimo maris,
- 10 Etiam illuc manus tua deducet me, & apprehendet me dextera tua.

Amos 9. d. 12

11 Quum dixi, Saltem tenebræ occultabunt me, falsus sum: nam etiam nox lucebit propter me.

12 Etiam tenebræ non occultant aliquid à te, & nox ut dies lucet: tenebræ sunt ut lux, & lux ut tenebræ:

13 Tu enim possedisti renes meos, & texisti me in utero matris meæ.

14 Celebro te propterea quod terribilia sunt opera tua, mirabilis sum: admiranda sunt opera tua, & anima mea cognoscit abundè.

15 Non fuit occultatum corpus meum à te, quando factus fui in occulto, quando variis membris decoratus fui in inferioribus terræ.

16 Imperfectum meum viderunt oculi tui: ac si in libro tuo uniuersa scripta fuissent, licet diebus multis membra formata sint, & nec unum ex eis esset adhuc.

17 Itaque mihi quam pretiosæ sunt cogitationes tuæ ð Deus: quam multiplicatae sunt summa earum.

18 Si numerè eas, præ arena multiplicatae sunt: etiam si semper essem expergefactus, & adhuc tecum essem, non possem illas numerare.

19 Si occideris Deus impium, & viros sanguinarios, quibus dico, Recedite à me:

20 Qui dixerunt contra te abominationem, assumpserunt in vanum nomen tuum hostes tui.

21 Nonne odio haberes te Iehoua odi, & insurgentium in te tædet me?

22 Perfecto odio odi illos, & pro inimicis fuerunt mihi.

23 Explora me Deus, & cognosce cor meum: proba me, & cognosce cogitationes meas:

24 Et vide si via irritationis in me est, & si ita est, duc me per viam mundi.

PSALM. CXL.

1 Dauid maximo animo orat ut à Doeg & alijs assentatoribus Saul liberetur, qui perpetuo apud Saul ea de ipso criminosè loquebantur quibus eum in discrimen vitæ adducerent. 7 In periculo atque afflictione constitutus orat Dominum, certus de eius auxilio. 9 Impij suam malitiam sine permissione Dei nõ possunt exequi. 10 Orat aduersus obreclatores suos.

1 Victori psalmus ipsius David.

**E**Ripe me Iehoua ab homine malo, à viro violento custodi me:

3 Qui cogitant mala in corde, omni die congregant bella.

4 Exacuunt linguam suam sicut serpens, venenum aspidis sub labiis eorum. Sèlah.

5 Custodi me Iehoua à manibus impii, à viro violento custodi me, ab iis qui cogitauerunt impellere pedes meos.

6 Absconderunt superbi laqueum mihi, & funibus extenderunt rete: in loco semitæ laqueos posuerunt mihi. Sèlah.

7 Dixi Iehouæ, Deus meus es tu: ausculta Iehoua vocem deprecationum mearum.

8 Iehoua Domine fortitudo salutis meæ, qui operis caput meum in die armorum.

9 Ne tradas Iehoua desideria sua impio: cogitationem eius ne perficias, ne exaltetur. Sèlah.

10 Caput circumdantium me, peruersitas labij sui operiat ipsum.

11 Decidant super eos prunæ: in ignem cadere faciat eos, in foueas profundas, ne resurgant.

12 Vir linguosus ne firmeretur in terra: virum violentum venetur malum ita ut impellatur præceps.

13 Scio quod faciet Iehoua iudicium pauperis, iudicium egenorum.

Rom. 3. b. 14. Suprà 13. b. 3

B

C

14 Profectō iusti confitebuntur nomini tuo, habitabunt recti cum vultu tuo.

PSALM. CXLI.

2 *David per adultores Saulis Ierofolyma expulsus, precatur à Domino ut sua oratio tam sit ei grata, quam si in templo oblationes offerret. 3 Orat ut à dēctis factisque pravis custodiatur. 5 Mauult reprehendi, quam cum impiis letari: contra quorū malitiā precatur. 6 Orat cōtra principes, iudicesque aule Saulis propter eorū iniustitiā. 8 Iterū orat Dominū ne à suis inimicis occidatur. 10 Adhuc contra inimicos suos precatur.*

1 Cantus ipsius Dauid.

**I**ehoua ad te clamo, festina ad me: ausculta vocem meam quum clamauero ad te.

2 Sit stabilis oratio mea sicut suffimentum in conspectu tuo: munus manuum mearum sit ut sacrificium vespertinum.

3 Pone Iehoua custodiam ori meo, custodiam ostium labiorum meorum.

4 Ne inclines cor meum ad rem malam ad operandum opera cum impietate, cum viris operantibus iniquitatem: & ne vescar cibo voluptatum eorum.

5 Percutiat me iustus, erit misericordia: & increpet me, & erit oleum præcipuum quod non franget caput meum: quoniam adhuc ero, & oratio mea in mala eorum.

6 Deiciantur in locis petrosis iudices eorum, & audiant verba mea, quoniam dulcia sunt.

7 Sicut scindens & findens ligna in terra: ita dispersa sunt ossa nostra in ore sepulchri.

8 Quia ad te Iehoua Domine oculi mei, in te speraui, ne effundas animam meam.

9 Custodi me à locis laquei, quem, ut me illaqueent, retenderunt mihi, & à laqueis operantium iniquitatem.

10 Cadant in retiacula eius impij simul, dum ego transibo.

PSALM. CXLI.

2 *David describit orationem quā habuit ad Deum, quā in specu lateret fugiens Saulem. Hic perspicui possunt maximi angores afflictionis pro Domino, nullum auxilium nisi in eo, reperientium. 6 Deus spes ipsius atque hereditas. 8 Liberationes Dei ad eius gloriam.*

1. *Re. 14. 4. 4* 1 Intelligentia ipsius Dauid, quum esset in spelunca, oratio.

2 **V**oce mea ad Iehouam clamo: voce mea ad Iehouam deprecor.

3 Effundo in conspectu eius commentationē meam: angustiam meam in conspectu eius annuntio.

4 Quum deficeret in me spiritus meus, & tu cognosceres semitam meam: in via qua ambulaturus eram absconderunt laqueum mihi.

5 Aspiciebam ad dexteram, & videbam, nec erat qui me agnosceret: perierat effugiū à me, nec erat qui requireret animam meam.

6 Proinde clamaui ad te Iehoua, & dixi, Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.

7 Intende ad clamorem meum, quia attenuatus sum valde: erue me à persequentibus me: quoniam robustiores sunt me.

8 Educ de carcere animam meam, vt laudem nomen tuum: propter me coronabūt se iusti, quod retribueris mihi.

PSALM. CXLI.

*Hic psalmus eadem habet atque superior. Nam David postulat iustitiam, hoc est, bonitatem Dei, quod coram ipso nemo iustus sit si summo iure agat. 3 Describit suum angorem. 5 Considerans bonitates Dei recipit animum ad orandum. 8 Petit à Deo doceri, orans vt ipsius bonitate ac misericordia liberetur. 12 Precatur contra suos inimicos.*

1 Psalmus ipsius Dauid.

2. *Reg. 17*

**I**ehoua audi orationem meam, ausculta deprecationem meam propter veritatem tuā, exaudi me propter iustitiam tuam:

2 (Et ne venias in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabit se in conspectu tuo omnis viuens) *Exo. 34. 4. 7*

3 Quia persequitur inimicus animam meam: attriuit in terram vitam meam: habitare fecit me in obscuris sicut mortuos seculi.

4 Et defecit in me spiritus meus: in medio mei desolatur cor meum.

5 Recordor dierum qui fuerunt à principio: meditor in omni opere tuo, de opere manuum tuarum commentor.

6 Expando manus meas ad te: anima mea sicut terra siticulosa, ad te anhelat. *o Selah.*

7 Velociter exaudi me Iehoua, defecit spiritus meus: ne abscondas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in sepulchrum.

8 Audire fac me manē misericordiam tuam, quia in te spero: scire fac me viam per quam ambulem, quia ad te leuaui animam meam.

9 Erue me ab inimicis meis Iehoua: in te spero.

10 Doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Deus meus: Spiritus tuus bonus deducat me in terra recta.

11 Propter nomen tuū Iehoua, viuificabis me: propter iustitiam tuam educes de angustia animam meam.

12 Et propter misericordiam tuam disperdes inimicos meos: & perdes omnes hostes animæ meæ, quia ego seruus tuus sum.

PSALM. CXLI.

*David recognoscit victoriā quā aduersus inimicos suos adeptus est, à solo Deo esse. 3 Admiratur quod Deus ei tantum boni facere dignetur, homini nihili. 5 Oratio quam habuit pro victoriā contra inimicos suos, qui nihil aliud quam vanitatem ac prauitatem dicebant, & faciebant. 9 Promittit laudem Domino, si eū à suis inimicis liberet. 12 Orat pro totius populi Israel prosperitate, quam promiserat eis qui ipsius mandata custodirent.*

1 Ipsius Dauid.

**B**enedictus Iehoua rupes mea, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.

2 Misericordia mea, & arx mea: eleuatio mea, & liberator meus mihi, scutum meum, & in ipso speraui, qui subdit populum meū sub me.

3 Iehoua quid est homo, & agnoscis eū: filius hominis, & reputas eum?

4 Homo vanitati similis est: dies eius sunt vt vmbra transiens.

5 Iehoua inclina cælos tuos, & descende: tangemontes, & fumigabunt.

6 Fulgura fulgur, & disperse eos: mitte sagittas tuas, & turba illos.

7 Mitte manum tuam de excelso, redime me, & erue me ex aquis multis, è manu filiorum alienorum:

8 Quorum os loquitur mendacium: & dextera eorum, dextera mendax.

9 Deus canticum nouum cātabo tibi: in psalterio, in decachordo canam tibi.

10 Qui dat salutē Regibus, qui redimit David seruum suum de gladio malo,

11 Redime me, & erue me de manu filiorum alienigenarum, quorum os loquitur mendacium: & dextera eorum, dextera mendax:

12 *Vt*

- D 13 Ut sint filij nostri sicut plantationes auctae in adolescentia sua: filiae nostrae sicut anguli excisi instar palatii:  
 13 Anguli nostri pleni, producentes de specie ad speciem: greges nostri parientes mille, decem millia in plateis nostris:  
 14 Boues nostri onusti carne: non sit ruptura, nec qui egrediarur, nec sit clamor in plateis nostris.  
 15 Beatus populus cui sic est: beatus populus cuius Deus est Iehoua.

PSALM. CXLV.

*1 David generatim laudat opera & mirabilia Dei quibus clemētia, misericordia, potētiaq; eius declaratur. 4 Omnis generatio, cognita eius bonitate, clemētia, & misericordia, eū laudabit. 13 Deus regnans perpetuo & opitulans afflictiis atque oppressis. 15 Dominus pascit omnem creaturam. 17 Deus iustus ac misericors, in omnibus suis operibus. 18 Qualis est Deus erga eos qui eum inuocant, timent, amant. 21 Promittit se perpetuo laudaturum.*

1 Laus ipsius Dauid.

**E**xaltabo te Deus meus Rex, & benedicam nomini tuo in seculum & in perpetuum.

- 2 **O**mini die benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in seculum & in perpetuum.  
 3 **M**agnus Iehoua & laudabilis valde, & magnitudinis eius non est inuestigatio.  
 4 **G**eneratio generationi narrabit opera tua, & fortitudines tuas annuntiabunt.  
 5 **D**ecorem gloriae magnificentiae tuae, & res mirabilium tuorum loquar:  
 B 6 **E**t fortitudinem terribilium operum tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabo.  
 7 **M**emoriam multitudinis bonitatis tuae eruntabunt, & iustitiam tuam vociferabuntur.  
 8 **C**lemens & miserator Iehoua, tardus ad irascendum, & magnus misericordia.  
 9 **B**onus Iehoua vniuersis, & misericordiae eius super omnia opera eius.  
 10 **C**elebrat te Iehoua omnia opera tua, & misericordes tui benedicunt tibi.  
 11 **G**loriam regni tui dicunt, & fortitudinem tuam loquuntur:  
 C 12 **U**t notas faciant filiis hominum fortitudines eius, & gloriam splendoris regni eius.  
 13 **R**egnum tuum regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omni generatione & generatione.  
 14 **S**ustentat Iehoua omnes corruētes, & erigit omnes incuruatos.  
 15 **O**culi omnium in te sperant, & tu das illis escam suam in tempore suo.  
 16 **A**peris manum tuam, & saturas omne uiuens ad voluntatem.  
 17 **I**ustus Iehoua in omnibus viis suis, & misericors in omnibus operibus suis.  
 D 18 **P**ropinquus est Iehoua omnibus inuocantibus eum, omnibus inquam qui inuocant eum in veritate.  
 19 **V**oluntatem timentium se facit, & clamorem eorum exaudit, ac seruat eos.  
 20 **C**ustodit Iehoua omnes diligentes se: & omnes impios disperdet.  
 21 **L**audem Iehouae loquetur os meum: & benedicet omnis caro nomini sancto eius in seculum & in perpetuum.

PSALM. CXLVI.

*1 David ostendit summum ardorem quem habebat laudandi Deum. 3 Docet non esse fidendum hominibus, sed Deo soli, & quare.*

Halelu-Iah.

- 1 **L**auda anima mea Iehouam:  
 2 **L**audabo Iehouam in vita mea, psallā Deo meo quandiu ero.  
 3 **N**e fidatis principibus, filio hominis in quo non est salus.  
 4 **E**greditur spiritus eius, reuertitur in terram suam, in die illa pereunt cogitationes eius.  
 5 **B**eatus itaque est is cuius in auxilio est Deus Iayacób, cuius spes est in Iehoua Deo suo:  
 6 **Q**ui fecit caelum & terram, mare, & omnia quae in eis sunt: qui seruat veritatem in seculo.  
 7 **Q**ui facit iudicium iniuria affectis, qui dat panem famelicis: Iehoua soluit vinctos.  
 8 **I**ehoua illuminat caecos, Iehoua erigit incuruatos, Iehoua diligit iustos.  
 9 **I**ehoua custodit aduenas, pupillum & viduam subleuat: & viam impiorum subuertit.  
 10 **R**egnabit Iehoua in seculum, Deus tuus **S**ion in generatione & generatione.

*Act. 14. c. 15  
Apo. 14. b. 7*

PSALM. CXLVII.

*1 Propheta post captiuitate à Babylone reuersam hortatur omnes ad laudandū Deum quod populum suū ubique dispersum recollegerit. 5 Potentia & prudentia in Deo liberate afflictos oppressoresque perdente. 6 Laudes Deo ex eo quod bestius etiam prospicit. 9 Ostēdit Deo ad colligendum eius populū, nō opus esse a vris, sed fiducia in ipsum. 11 Hortatur Ierusalē ad laudandū Deū, quod populū suū dissipatū collegerit, eiq; necessaria copiose suppeditarit. 19 Omnium beneficiorū in populū Israel maximū, Lex ab eo per Moysen data.*

Halelu-Iah.

- 1 **L**audate Iah, quonia bonū est canere Deo nostro, quoniam dulce, & decora est laus.  
 2 **A**edificans Ierusalaim Iehoua, eiectos Ieraxel congregabit.  
 3 **Q**ui sanat contritos corde, & alligat dolores eorum:  
 4 **Q**ui numerat numerum stellarum, omnes illas nominibus vocat.  
 5 **M**agnus Dominus noster, & multus fortitudine, intelligentiae eius non est numerus.  
 6 **S**ubleuat mansuetos Iehoua, humiliat impios vsque ad terram.  
 7 **C**anite Iehouae cum laude, canite Deo nostro in cithara,  
 8 **Q**ui operit caelum nubibus, & parat terrae pluuiam: qui germinare facit in motibus herbae.  
 9 **Q**ui dat iumento escam suam, filiis coruorum qui clamant. *Iob 39. d. 3*  
 10 **N**on in fortitudine equi voluntatem habet, neque in tibiis viri delectatur:  
 11 **D**iligit Iehoua timentes ipsum, sperantes in misericordia eius.  
 12 **L**auda Ierusalaim Iehouam, lauda Deum tuum **S**ion:  
 13 **Q**uoniam roborat vestes portarum tuarum, benedicat filiis tuis in medio tui.  
 14 **Q**ui ponit terminum tuum pacem, adipe frumenti saturat te.  
 15 **Q**ui mittit verbū suum terrae: celerrimè currit verbum eius.  
 16 **Q**ui dat niuem albam velut lanam, pruinam B velut cinerem spargit.  
 17 **P**roicit glaciem suam vt buccellas: corā frigore eius quis stabit?  
 18 **M**irit verbum suum, & liquefacit ea: stat spiritus eius, & fluunt aquae.  
 19 **A**nnuntiat verbum suum ipsi Iayacób, statuta sua & iudicia sua Iisraheli.  
 20 **N**on fecit sic cuilibet genti: & iudicia eius non nouerunt.

PSALM. CXLVIII.

Inuitat ad laudandū Deum omnes creaturas quæ sunt in celo, & quæ in terra: admonens omnes de admirabili Dei virtute, sapientia, & bonitate. 13 Laudandus Deus ab eius maiestate, & quod præ ceteris populis populum suum Israel elegerit.

1 Halelu-Iáh.

1 Laudate Deum de cælis: laudate eum in excelsis.

2 Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes exercitus eius.

3 Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ luminis.

Dan. 3. c. 60  
Genes. 1.4. 7

4 Laudate eum cæli cælorum: & aquæ quæ super cælos sunt,

5 Laudent nomē Iehouæ: quia ipse præcepit, & creata sunt:

6 Et stare fecit ea in perpetuum & in seculum: statutum dedit, & non præteribit.

7 Laudate Iehouam de terra, dracones, & omnes voragines:

8 Ignis & grâdo, nix & vapor, ventus turbinis faciens verbum eius:

9 Montes, & omnes colles, arbor fructifera, & omnes cedri:

10 Bestia, & omne iumentū, reptile, & auis alata:

11 Reges terræ, & omnes populi, principes, & omnes iudices terræ:

12 Iuuenes, & etiã virgines, senes cū iuniorib⁹,

13 Laudent nomē Iehouæ: quia exaltatū est nomen eius solius, gloria eius super terrā & cælū.

14 Et extulit cornu populo suo, laus omnibus misericordibus eius, filiis Iŷraēl, populo propinquo ei. Halelu-Iáh.

PSALM. CXLIX.

Dauid hortatur Iŷraēlem ad Deū laudandū in omni genere laudis, quod sibi in eis complacet, & quod lætitiā ipsis dei victoriarum aduersus Gentes.

Halelu-Iáh.

1 Cantate Iehouæ canticum nouum, laus eius in congregatione misericordium:

2 Læteretur Iŷraēl in factore suo, & filij & Sii⁹ exultent in Rege suo:

3 Laudent nomen eius in choro, in tympano & cithara canant ei:

4 Quia complacet sibi Iehoua in populo suo: glorificabit humiles in salute.

5 Exultabunt misericordes in gloria, exultabunt in cubilibus suis.

6 Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladius anceps in manu eorum,

7 Ad faciendam vindictam de Gētibus, increpationes in populis:

8 Ad alligandum Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in compedibus ferreis:

9 Ad faciendū in eos iudiciū scriptū: decor iste erit omnibus misericordibus suis. Halelu-Iáh.

PSALM. CL.

Exhortatio ad laudandam potentiam, magnitudinēque Dei in omni genere instrumentorum.

Halelu-Iáh.

1 Laudate Deum in sanctitate eius: laudate eum in firmamento fortitudinis eius.

2 Laudate eum in fortitudinibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

3 Laudate eum in clangore buccinæ: laudate eum in nébel & cithara.

4 Laudate eum in tympano, & fistula: laudate eum fidibus & organo.

5 Laudate eum in cymbalis sonoris, laudate eum in cymbalis iubilationis.

6 Omnis spiritus laudet Iah. Halelu-Iáh.

Prouerbia Salomonis, Hebr. משלי שלמה

Librū istum LXX. interpretes inscripserunt Παροιμίαι Σολομώντος Prouerbia Solomonis: Hebræi autem משלי שלמה, quod significat similitudines & comparationes, quas Græci παραβολὰς vocant.

NOVA EX HEBRÆO TRALATIO.

CAPVT I.

1 Vis & vsus verbi Dei. 11 Illecebris peccatorū non acquiescendum. 20 Conqueritur sapientia se ab omnibus contemni: & exitum contemptorum prædicat.



1 PARABOLÆ Salomōh filij Dauid, regis Iŷraēl:

2 Ad sciendū sapientia & eruditionē, ad intelligendū eloquia intelligentiæ,

3 Ad suscipiendū eruditionē intelligentiæ, iustitiā, & iudiciū, & rectitudines:

4 Ad dādum simplicibus calliditatem, puero scientiam & cogitationem.

5 Audiet sapiēs, & addet doctrinam: & intelligens, consilia possidebit.

6 Ad intelligendum parabolam, & elocutionem, verba sapientum, & ænigmata eorum.

Psa. 110. d. 10

7 Timor Iehouæ, principium scientiæ: sapien-

tiam & eruditionem stulti despexerunt.

8 Audi fili mi eruditionem patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ:

9 Quia adiectio gratiæ erunt capiti tuo, & torques gutturi tuo.

10 Fili mi, si seducere voluerint te peccatores, ne acquiescas.

11 Si dixerint, Veni nobiscum, insidiemur sanguini, insidiemur innocenti absque causa:

12 Deglutiamus eos sicut sepulchrum, viuentes: & integros, sicut descenderes in foueam.

13 Omnimodam substantiam pretiosam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis.

14 Sortem tuam proice inter nos, marsupium vnum sit omnibus nobis.

15 Fili mi, ne ambules in via cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum:

16 Pedes enim eorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem.

17 Certè ut sine causa spargitur rete in oculis omnis auis:

18 Sic hi sanguini eorum insidiantur, insidiantur animabus eorum.

19 Tales

Eccli. 1. b. 16

Esa. 59. b. 7  
Rom. 3. b. 15